



Universitätsbibliothek Paderborn

Annalium Paderbornensium Pars ...

Complectens Inprimis Fusiorem Episcoporum Paderbornensium, Deinde Succinctiorem Historiam Reliquorum Per Westfaliam Antistitum, Tum Res Gestas Aliorum In Eadem Hac Regione Clarorum Virorum, Postremo Pontificum, Imperatorum, Principum &c. Gesta, maxime ea, quae Westfaliam contingunt

[772 - 1227]

Schaten, Nicolas

Nevhsii, 1693

Liber VIII. [1128 - 1160]

urn:nbn:de:hbz:466:1-7760

ANNALIUM
PADERBORNENSIIUM
LIBER VIII.

BERNARDUS I
è familia Dynastarum de
Osede
XVI,
EPISCOP. PADERBORN.

BER-

BERNARDVS I XVI,

EPISCOPUS PADERBORN.

Annus Christi 1128.

Honorij II Pont. 4.
Lotharij II Reg. 4.
Bernardi I Ep. Pad. 1.

*Dodechi-
mus.
Gobelinus.
Bruschius.
Auctor vi-
tae à Mo-
nachis Hardehu-
sanis.
Bernar-
dus è no-
bili fami-
lia de O-
fede eli-
gitur à
Clero
Episc.
Paderb.*



Excessu Henrici Antistitis libera cleri electione subrogatus est Bernardus, eo nomine primus hujus Ecclesiae Episcopus. Ortus is erat ex illustri Dynastarum in Ofse di familia, quae Osnabrugum inter & Iburgum claram priscae nobilitatis sedem habebat. Hanc ipsam Ludolphus de Ofede haud multò post, anno videlicet 1174, cum liberos non suscepisset conuertit in Monasterium virginum, quale hodie dum aspicitur, coliturque: in quod tum à Philippo Osnabrugensi Episcopo introductae sunt Virgines. Fallitur proinde Bruschi- us, alijque, qui Bernardum è familia nobilium de Disede deducunt; cum Auctor vitæ ejus è Monachis Hardehusanis ex familia nobilium de Ofede ortum scribat. Igitur Bernardus vir, qui, præter familiae splendorem, omnia virtutum ornamenta ad Episcopi munus attulit; quippe à primis annis traductus ad scholas, & cooptatus in clerum Paderbornensem, multos jam annos sese doctrinâ, pietate, fervore religionis, vitæque integritate commendarat. Hinc postquam ex aula & manu Imperatoris electio Episcopi ad clerum est traducta, virum hunc in Collegio probatum ac dignissimum selegerunt Canonici, ostenderuntque, optimum quemque synceris suffragationibus inveniri. Quod res ab eo laudabiliter per xxxii annos pro Ecclesia sua gestæ docebunt, quarum hoc ipso anno primo Episcopatus sui præclarum initium dedit.

Cum Widekindo Comite

Nam cum per id tempus Widekindus Comes Swalenbergensis, Bernardi Episcopi consanguineus, & conjux ejus Luthrudis, ex heredi-

hereditarijs bonis & heredum consensu cœpissent condere Mona-
 sterium ordinis D. Benedicti, sub patrocinio S. Mariæ, quod inde
 patrio vocabulo Marienmunster appellatum est: Bernardus Episco-
 pus, qui ejus sacri operis hortator semper fuerat apud consanguine-
 um Comitem, idem etiam in partem foundationis pari liberalitatis
 dono venit, itaque decimis, alijsque bonorum largitionibus auxit,
 alter ut Monasterij conditor sit cultus: quod ut foundationis tabulæ,
 ita religiosi ejus loci viri ex diversis donationum literis profitentur.
 Sed nunc ipsas foundationis tabulas, quæ insignem Bernardi Episcopi
 religionem pietatemque spirant, & hæc ipsa planius exponunt, hic
 proferamus.

Swalen-
 bergensi
 fundat &
 dotat
 Cœnobi-
 um Ma-
 rienmün-
 ster.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis, Bernardus divina favente
 clementia paderbornensis Episcopus. Quoniam ex divina misericordia tempo-
 ralibus bonis fide recta, et pia spe, et sancta charitate Deo oblata æterna bona
 comparantur; noverit tam futurorum quam presentium fidelium Christi
 universitas, qualiter Comes Widekindus, vir nobilis et catholicus, nobis pro-
 pinqua consanguinitate conjunctus, et uxor ejus Luthrudis nobilis femina Deo
 devota, tam necessaria exhortatione ipsorum salutem desiderante, quam spon-
 tanea ipsorum voluntate ad cœlestem patriam suspirantes cum consensu hæ-
 redum suorum ceperunt in propria sua hereditate fundare Ecclesiam in ho-
 norem Dei ac sanctæ genitricis ipsius Mariæ Virginis, insuper et claustrum,
 officinas quoque, et omnia claustralia spiritualibus viris, et monastica vita
 ac conversationis aptissima: Et quia pius semper adjutor est Deus, honeste
 incepta perfecta constructione consumarunt, collectisque in ea consilio Eccle-
 siæ nostræ Christi pauperibus monasticæ vitæ personis, quos non solum sum-
 ma perfectionis fama Deo et hominibus, sed et ipsa religionis res et opera
 commendant: Abbatiam in eodem Cœnobio liberam, et ab omni secularis
 obsequii jure absolutam auxiliante Deo instituerunt, imponentes ei vocabu-
 lum sanctæ Mariæ Monasterium. Igitur præbendam fratrum ex propria
 hereditate disponentes de libera et Deo digna Abbatis electione hoc decretum
 auctoritate Ecclesiastica firmaverunt: ut si inter rosas hujus novelle planta-
 tionis oliva fructifera excreverit, inter humiles paupertatis martyrio flo-
 rentes persona idonea reperta fuerit, summa cum libertate assumatur
 sua obedientia ceteris pater præficiendus, et omnino caveat ministerialibus,
 caveat beneficiatis hominibus, nulla propinquorum dilectione ductus res
 Ecclesiæ dilapidet, nihil nisi hospitalitatis et charitatis causa dissipet;
 quod si inutiliter res dissipaverit, anathema sit. Si autem Abbas alius quæri
 convenerit, ejusdem ordinis pater eligatur: qui si venire contradixerit, consi-
 liis et auxiliis nostræ obtineatur Ecclesiæ. Secundum quem religionis teno-
 rem Dominus Gerardus primus hujus Ecclesiæ Abbas electus et consecratus
 est. Nos igitur circa Dei cultum studium nostris quoque consiliis et auxiliis
 promoveri cupientes, partemque aliquam in æterna remuneratione habere
 desiderantes, quia exhortatio nostra usque adeo processerat, hanc eandem
 pauperum

pauperum Christi congregationem decrevimus hoc ordine adjuvari; ut si quis fidelium nostrorum sive liberorum hominum, sive ministerialium Ecclesie nostrae, tactus spiritus sancti inspiratione et visitatione intrinsecus, sive beneficia, sive hereditatem pro aeterna remuneratione minuere sibi, et sanctae Mariae in praedicta Ecclesia conferre voluerit, liberam ex nostra concessione et auctoritate hoc perficiendi habeat potestatem. Quod ut nullius emuli molimine retrahatur, quin omnibus diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, magis gratum efficiatur, exemploque nostri emolumentum Successores nostri ad similia provocentur, praesertim, quia plurimum decoris Ecclesiae nostrae inde provenire praevidemus, quaedam beneficia nobis libera facta in pago Bredenborne sita cum decima ei adherente praedictae Ecclesiae contulimus cum omnibus pertinentiis sive adherentiis, videlicet servis et ancillis, arvis, adficiis, terris cultis et incultis, viis et invias, exitibus et redditibus, quaesitis et inquirendis, silvis, pratis, pascuis, aquis, piscationibus, molendinis, et omnibus rebus mobilibus et immobilibus, ac ceteris, quae et quoquo modo nominari possunt utilitatibus, et hac nostra auctoritatis Episcopalis pagina communi consilio, et unanimi totius Ecclesiae nostrae consensu, pro salute nostra et omnium Fratrum nostrorum Canonice et Antecessorum, Successorumque nostrorum aeterna beatitudine proprietavimus. Insuper carratam vini ad sacrificium Domini singulis annis largiti sumus, ita ut quicumque in eadem Ecclesia fuerit Abbas canonice electus, liberam habeat potestatem tenendi, possidendi, et ad honorem Dei et sanctae Ecclesiae, sicut placuerit disponendi. Pro hujus benevolentiae gratia et simili per Successores nostros Episcopos, adjuvante Deo, eidem Ecclesiae in posterum exhibenda nostra petitionis interventu à praedicto Comite Widekindo, quod multi etiam Episcopi et Abbates petebant, obtinimus, ut videlicet eadem Abbatia, sicut dictum est, libera, et ab omni seculari obsequio aliena, Ecclesiae nostrae fraternam charitate devincta in spiritualibus negotiis sit subiecta. Abbas obedientiam Paderbornensi Episcopo faciat. Consecrationem suam et Fratrum suorum ad sacros ordines promovendorum ab Ecclesia nostra expectet: ad synodum, et alios spirituales conventus invitante Episcopo familiariter veniat, et per impensam Episcopi ei familiariter exhibitam cum decore procedens conventui deserviat. Iudicia approbata una cum Ecclesia nostra admittat, reprobata contemnat; denique consolationes et consilia in suis causis inveniat. Postremo omnia spiritualia tam ipse, quam Fratres ipsius tanquam filii pie matris ubera sugentes petant et accipiant; ut et nos orationum et elemosinarum ipsorum, et ipsi nostrarum in Christo jugiter sint participes. Ad hunc Fraternitatis in Christo amorem confirmandum statuimus, ut si quando visitationis seu exhortationis gratia ad locum advenerit Episcopus, portio praebenda, quae uni ex Fratribus provenire poterit, ei proponatur, ut ex hac devotione in Domino gaudens Episcopus de sua abundantia inspirante Deo Fratrum si quando possit, vel quomodo possit, supplere cogitet inopiam. De electione autem Advocati, qui in rebus Ecclesiae quaesitis et quaerendis sive defendendis

unroquq

defendendis seculari lege sollicitus sit, hoc statuimus: ut si in cognatione *Widkindi* Comitis idoneam et sibi placentem personam invenerint, ipsam elegant in Advocatum, donantes ei beneficium, honorem videlicet, quo major esse non potest, fraternitatem suam in Christo, et orationes, et si digne ministraverit officium suum, aeternam remunerationem. Si vero rapax et negligens exstiterit, sine dilatione amotus careat et officio et honore concessio, aliumque sibi Ecclesia ubi voluerit, et quem voluerit provideat, qui petitione et patrocinio Paderbornensis Episcopi regali bono investatur, et secundum justitia tenorem utilitati fratrum defensionis vires non subtrahat, et aeternam remunerationem, qua nihil est felicius, accipiat. Et ut hac traditio, et *Widkindi* Comitis, et heredum suorum rata atque inconversa permaneat in perpetuum, hanc auctoritatis nostrae paginam inde conscribi, manuque nostra propria confirmantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri. Huius autem rei facti interfuit *Sivwardus* Mindenensis Episcopus, *Sichardus* Ossenburchensis Episcopus, et Dominus *Erckenbertus* Corbeiensis Abbas, *Hammuco* Paderbornensis Abbas, *Gerardus* primus Abbas huius loci, *Wino* praepositus, *Esic* praepositus: *Widkindus* Comes, *Bernardus*, *Hermannus*, et alii quamplures. Actum Anno Incarnationis Dominicae MCXXVIII. XVIII Calendas Septembris.

In hoc Episcoporum & Comitum congressu introductus primus Abbas *Gerhardus*, Monasteriumque illud, quod adhuc flore religionis, ac magno Episcopatus ornamento bonoque conspicitur, Deo ac *B. Virgini* consecratum est. Quantum vero ex praesentia *Erckenberti* Corbeiensis, & *Hamuconis* Abdinghoviiani Abbatum aestimare fas erit, Monasterium hoc utriusque aut alterius Colonia apparet. Sed nec multum ab hoc congressu Episcoporum superstes *Erckenbertus* (quem Abbas factorum montis sereni scriptor hoc ipso anno obijisse tradit) Praesul magnae auctoritatis apud Reges & Principes, qui & Coenobium religiosa disciplina florentissimum habuit, & quod superum largitione consequi solet, multis possessionibus auxit: quas inter Castrum *Itere* cum omnibus praedijs amplisque bonis adjecit; fautoremque egregium habuit, sub hac ipsa initia Episcopatus, *Bernardum* Episcopum nostrum, a quo pontificali auctoritate omnia haec secundum legem Angariorum, ut tabulae habent, *Erckenberto* Coenobioque confirmata sunt. Testes adscripti *Reinboldus* Comes, *Conradus* Comes de *Eberstein*, ac *Poppo* Comes. Successorem nactus est *Erckenbertus* *Volckmarum* Abbatem, quem *Bernardus* Episcopus pari benevolentia amoreque complexus est.

Celebris eo tempore per *Marquardum* & *Erckenbertum*, religiosissimos *Corbeiensium* Abbates, est instituta congregatio Fraternitatis, eaque sub patrocinio *D. Viti* martyris longe lateque per Saxoniam & Aquilonares provincias diffusa: in quam ex omni hominum ordine certatim quique sua nomina dedere; eo cum primis

Yyyy

fine, Corbei-

Chron. montis sereni. Obitu Erckenberti, insignis Corbeiensis Abbat.

Meibomius in Chron. Corbeiensis. Fraternitatis, bono de-fundatorum, a Corbei-

ensibus
instituta
congre-
gatio.

fine, ut morientium securitati solatioque post obitum consuleretur; quemadmodum hoc in Corbeiensium monumentis reperio. Leges, in quas conventum, hæc fuere. Admissus solidum unum pendat, & in festo D. Viti Corbeia, aut etiam quocunque alio in loco hæc congregatio instituta fuerit, sacra frequentet. Quidquid liberè oblatum fuerit, in pauperes erogetur, qui eo die pascentur. Obitus dies renunciatur, mittanturque III solidi, ex quibus per xxx dies erogatio in pauperes fiat. Sacerdotes ac Monachi tenebuntur ex hoc pro foedere sacrificium offerre pro defuncti anima, ceteri divinis interesse, & preces pro defuncto persolvere. Demum nomina defunctorum in certas tabulas referentur, ut eorum memoria reperatur.

Annus Christi 1129.

Honorij II Pont. 5.

Lotharij II Reg. 5.

Bernardi I Ep. Pad. 2.

Orsberg.
Chron.
Hild.
Dodechin.
Tritheim.
Histor. Ba-
var.
Chron.
montis se-
reni.

Bröuvier. in
Ann. Tre-
vir.

Otto Fri-
sing. lib. 7.

Conradus Dux
Sueviae

Imperi-
um tur-
bat.

* Modyti.

Valuere hæc maxime per Saxoniam, Lothario Imperatore, quocumque præca Imperatorum pietas & religio, post turbulenta utriusque Henrici Imperatoris tempora tanquam ex exilio redire visa est; seu ut quidam Saxonum scriptor memorat, *veritas de terra orta, et iustitia de cælo prospexit*. Sed bono quoque Regi adhuc cum Friderico & Conrado æmulis luendum erat. Ausus est interim Conrado Ducatum Franconia, quem Henricus Imperator illi dederat, eripere, & Herbipolensi Episcopo suo reddere. Inde Spiram denuo aggressus est ex prioris anni obsidione; quod Friderico & Conrado hostibus suis hæreret, & post datos obsolescens fidem violasset. Iram præterea Lotharij accendit, quod Conradus, relicto Friderico fratre ad extrahendum in Germaniam bellum, ipse in Italiam ad turbandas istic res transenderat, & * MODOCHÆ sumpta Regni corona, plerasq; Lombardiae civitates in suam factionem traxisset, novo Imperij turbamento. Qua super re questus Lotharius cum Episcopis & Principibus Imperij, commovit Moguntinum, Trevirensium, & Magdenburgensem Archiepiscopos, ut in Conradum, turbatorem Imperij, anathematis sententiam pronunciarent. Quam in rem Rex sub initium Junij frequentissima Principum comitia Goslariae habuit; quibus & Bernardus Episcopus noster interfuit. Ut verò ceterorum præsentia hætenus nondum patefacta cognoscatur, operæ pretium erit Lotharij tabulas, Friderico Palatino eo in conventu datas, proferre, quas recens Ferdinando Episcopo nostro submitit Joachimus Maderus, vir antiquitatum studiosissimus.

In nomine sanctæ et individua Trinitatis. Lotharius tertius, divina favente clementia Romanorum Rex. Notum facimus omnibus, quod Fridericus Palatinus de Putelendorff, cum consensu Agnetæ uxoris suæ, et Friderici

rici

rici filii sui, vendidit Gerwardo de Lochtenem hereditatem suam, videlicet totam cartam Abbenrod dictam, in pago Hartingo, sitam in Ducatu Ducis Henrici, cum omnibus attinentiis, agris, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, viis, in viis, exitibus et redbibus, ad hęc acquisitis, et futuris temporibus inquirendis, cum omni utilitate exinde quovis modo percipienda: hac interposita ratione, ut predictus Gerwardus in posterum liberam et plenam de bonis istis statuendi, vendendi, commutandi, donandi, vel successoribus suis relinquendi, et quidquid ipsis placuerit, de iis faciendi, habeant facultatem. Postquam igitur præterlapso tempore predictus Fridericus Palatinus defunctus est, Agnes uxor sua, et Fridericus filius suus in nostra presentia hanc emtionem et cessionem predicto Gerwardo recognoverunt, et eam cum consensu Ludovici de Wippere, sub cuius mundibordio erant constituti, confirmarunt. Nos vero, exigente illud iustitia, nostraque benevolentia, propter fidele servitium eius, et multorum intercessionem fidelium nostrorum, illud auctoritate regia nostra stabilivimus et confirmavimus. Ut igitur nemo in posterum et sempiternis temporibus factum illud immutare audeat, sive presumat convellere, hanc literam conscribi, et sigillo nostro confirmari iussimus. Hujus rei testes sunt Archiepiscopi, Moguntinus Adelbertus, Adelbertus Bremensis, Nortbertus Magdeburgensis, Conradus Saltzburgerensis: Episcopi, Bertoldus Hildenesheimensis, Sigewardus Mindensis, Ecbertus Monasteriensis, Bernhardus Paderbornensis, Udo Citizensis, Meingotus Mersburgensis. De Laicis, Fredericus Palatinus, Comes de Somerischenberg, Hermandt Landgravius, Conradus Marchio, Adelbertus Marchio, Comes Sifridus de Homburg, Udo, Ludovicus, Conradus de Plötzke, Burcardus de Lucca, Burcardus de Werdere, Albertus de Wernigerod, Ludolfus de Valckenstide, Henricus Wiperti, Wilekindus de Sualenberg, Burcardus de Cunradesberge, Wernerus de Velheim, Marquardus de Ordio, Conradus de Eikstede, Gero de Stockhunske, Ekehardus de Wegenlewe, Wernerus de Quenstede, Hermannus et Otto Milonis. De ministerialibus et servis Ludolfus de Dalem, Villerus, Odalricus, Ludericus, Volcwardus, Theoderici ambo de Tingelstede, Arnoldus de Anderbik, Theodericus de Hessenem, et Gerhardus, et alij plures, qui hoc audierunt, et viderunt.

Signum Domni Lotharii tertii Dei gratia Romanorum Regis invictissimi.



Ego Thiemarus Regis Notarius ad vicem Adelberti Archicancellarij recognovi. Datum Id. Junij, anno Incarnationis Dominice 1129 Indictione VII anno II regni Lotharii III Romanorum Regis IV. Actum Goslarie in Dei nomine Amen.

Yyyy 2

Spira

Spira Lo-
thario se
dedit.

Spira subinde longâ obsidione, quæ ab Idibus Julij in hyemem trahebatur, fameque & desperatione subsidij ad extrema malorum deducta, Regis clementiam implorat, & Moguntini Archiepiscopi precibus perduellionis veniam impetrat. Quare Calendis Januarij Rex victor urbem ingressus, cives denuo Sacramentum dicere jussit, & Sigefridum Episcopum recipere. Spirensium exemplo Nurenberga, ceteræque urbes se Lothario Regi submisere.

Bernar-
dus Ep.
jura &
privilegia
Abding-
hov. con-
firmat.

Inter hæc Episcopi libere per Saxoniam collapsæ religionis jura ac disciplinam restaurarant; quod cum Lothario Rege aurea Caroli M. & Ottonum tempora redire visa. Et Bernardus Episcopus noster, postquam, lustrata diœcesi, omnia rite composuisset, vernalem, sub exitum quadragesimæ, synodum cleri pro recepto more habuit; sub quod tempus Hamuconi Abbati, & Cœnobio Abdinghovia- no omnia jura & privilegia ac bona Paderbornæ, magno religionis fervore, confirmat: quam in rem hic tabulas proferre libuit.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus Dei gratia Patherbrunnensis Ecclesie humilis minister. Quia habundante iniquitate multorum caritas refrigescit, et Ecclesiarum jura disturbantium et bona diripientium malicia et insolentia ubique invalescit, Episcopalis auctoritatis et defensionis subiectis conferre subsidium, credite, dispensationis nos ammonet officium. Unde omnium fidelium Christi tam presentium quam futurorum noverit universitas, qualiter nos divini amoris instinctu, venerabilisque Abbatis Hamukonis Ecclesie beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quæ in prenominati civitate sita est, et fratrum suorum, aliorumque fidelium nostrorum interventu talia bona, qualia eidem Ecclesie liberalitate Regum, largitione Principum, concessione Pontificum, oblatione fidelium delegata sunt in Ecclesiam, ban- nis, decimis, curtis, mansis, arcis, edificis, mancipiis, novalibus, aliisque rebus majoribus et minoribus, mobilibus et immobilibus, et quæ diversi Abbates ipsius Ecclesie diversis temporibus sua suorumque fratrum instantia et industria, precariando, comparando, commutando legitime acquisierunt, nostra pontificali auctoritate et banno stabilimus et confirmamus; ea videlicet ratione, ut prenominatus Abbas cum suis fratribus, eorumque Successores ea cum omnibus suis appendiciis, acquisitis, seu acquirendis libere et quiete possideant, et quæ communi consilio de eis rationabiliter disposuerint, ad utilitatem et dignitatem Ecclesie sue cum consilio, et testimonio Episcopi legaliter faciant, fratribus autem licentiam eligendi Abbatem vita et moribus idoneum concessam, animarumque curam, et sepulturam tam de Ecclesie ipsius indigenis, quam cum eis habitantibus advenis salva Ecclesie nostre auctoritate, ei parvochiani presbyteri canonica justitia firmam et ratam nihilominus permanere decernimus, et ab omni hominum invasione, direptione, exactio- ne ipsis eorumque rebus possessis, seu possidendis, Ecclesiastice pacis tranquillitatem, et nostre pontificalis tuitionis securitatem impendimus. Quicumque ergo hec fraudu- lenter violare vel violenter annullare presumpserit, anathemate feriatur, et si non felociter respuerit cum diabolo et atrocissimis pompis ejus gehenne ignibus damnan- dus à sancte Ecclesie gremio omniumque fidelium consortio expellatur. Cunctis au- tem

tem in eodem monasterio per iter discipline regularis gradientibus gratiam celestis perseverandi instantiam, et perfectionis usque ad finem victoriam conferat, que ipso- rum intercessionibus quietis et utilitatis sue auctores et provisos fructu laborum suo- rum in aeterna gloria participari concedat. Testes hujus rei sunt Wino prepositus, Bernhardus Decanus, Conradus prepositus, Reinbertus, Elicus, Gernand, et reliqui omnes Canonici: layci vero liberi homines. *W*idekindus de Sualenberg, Bernhardus de Lippia, et frater ejus Herimannus, Othetric, Thietmar, Volkmar, Bernhard, Hein- ric, Luidold, Manegold, Henric, fratres, Ecbrath, Altman, Adelbrath, Ansbalm, Bernhard, Sibrath, *W*inand, Godescalc, Sigebodo. *W*elzico, *W*izo, Rother, Thancmar, Thiederic, et alii multi. Data Paderbrunnen III Idus Aprilis in cena Domini, anno Incarnationis ejus MCXXVIII Indictione VII. regnante Lotha- rio Rege regni ejus anno V. Episcopatus nostri secundo.

Pari religionis studio Egbertus Monasteriensis Episcopus pu- blicis literis ratam habuit Valarensis foundationem, ab Ottone D. Godefrido factam; probatque ut pio instituto D. Augustini Cano- nici istic ex familia Præmonstratensium religiosam perpetuò vitam agant sub Præposito, quem Episcopus sua etiam auctoritate introdu- cat. Literæ multorum Canonorum, Comitum, & Ministerialium consignatæ leguntur apud Bollandum in vita D. Godefridi: & quod adhuc usu valuit, Egbertus se Mimigardevordensem Episcopum in- scribit. Et quantum non Saxonia Orientalis illustrata formataque ad veterem cleri, populique disciplinam per D. Nortbertum Magden- burgensem Archiepiscopum? à quo hoc anno Magdenburgum in- troducti sunt ejus ordinis religiosi Canonici, submoti è templo B. Virginis Clericis vitæ solutionis. Sed, quæ omnium Sanctorum fuit, patientiâ est exercitus; dum enim pellices exturbat, clericos sibi ho- stes: dum polluta templa & altaria repurgat, cives expertus rebelles; à quibus cum Misnensi, & Havelbergensi Episcopo, & Præposito Cathedralis Ecclesiæ in suo Monasterio est obsessus: quem mira Dei providentia ex sævientium civium manibus extraxit. Nec impune fecere id cives, censuris Ecclesiæ à Nortberto perstricti, & Lotharii au- ctoritate ad obsequium deducti. Acerrimus quippe juris Ecclesiasti- ci & libertatis vindex Lotharius, qui hoc ipso anno Giselbertum Tra- jectensem capite plecti jussit, quod Trajectentem Ecclesiam spolijs & injurijs vexasset.

Bollandus
in vita S.
Godefridi.

D. Nort-
bertus à
perverfis
Clericis
& civibus
patitur.
Chron.
montis se-
reni.

Chron. Hil-
des.
Chron.
Gozecen.
Dodechin.

Annus Christi 1130.

Innocentij II Pont. 1.
Lotharij II Regis 6.
Bernardi I Ep. Pad. 3.

At nunc sequitur annus MCXXX, quo Ecclesia in ipso capite fau- ciata, & schismate divelli cæpit. Mortuo enim Honorio Pontifice, xvi Calendas Martij, major meliorque pars Cardinalium & Episco- rum eodem die elegit Innocentium II, patria Romanum. Huic ab alia

Ursberg.
Otto Fri-
sing.
Dodechin.
Robertus de
monte.

*Baronius
aliquo
Schisma
in Ecclē-
sia post
mortem
Honorij.*

alia factione pravorum Cardinalium objectus Petrus Leonis, dictusque Anacletus II, potentissimi civis Romani filius, homo maculosus, quem D. Bernardus indignum scribit, cui ne unius quidem vici cura committi debeat; quique adversus Catholicum à Catholicis canonice electum ausus sit locum sanctum armis & pecunia invadere, nullo unquam vitæ virtutumque merito commendatus. Alius longe Innocentius, in quo omnia virtutum Pontificalium ornamenta concurrebant. Innocentij causam suscepere Lotharius Germania, Ludovicus Franciæ, & Henricus Angliæ, Reges. Tuba hujus patrocini D. Bernardus. Pro Petro Leonis steterunt factiosi Romani & Rogerius Dux Apuliæ; quorum sententia oppressus Innocentius in Galliam abiit. Sed eo major tranquillitas in Imperio exorta. Nam, ut Abbas Ursbergensis memorat, per id tempus Bambergæ in conventu Principum D. Bernardus, cujus tum summa erat ob sanctimoniam vitæ auctoritas apud Reges & Principes, Fridericum & Conradum Sueviæ Duces hæcenus infestos Regni æmulos Lothario Imperatori reconciliavit. Quam in rem multum contulit Henrici Bavariæ Ducis ac generi Regis studium ac potentia, qui per Bavariam superioremq; Germaniam prævalentibus armis dominabatur. Tum & Fridericus Coloniensis Archiepiscopus, qui triennium cum Lothario Rege inimicitias gesserat, in gratiam redijt. Ita bellis civilibus compressis, omnia Lothario Regi ad votum & potentiam accessere.

Nec aliud fuit Episcoporum per Saxoniam studium, quàm ubique religionem, præclaris institutis & exemplis firmare: è quorum numero Egbertus Monasteriensis Episcopus, clarus ea tempestate præful, ac D. Bernardo familiaris carusque, Leisbornense Monasterium in meliorem formam deduxit. Vetus quidem illud Sanctimonialium Virginum Collegium, à Carolo M. in fundo Botonis præstantissimi & potentissimi viri conditum, cui & Caroli M. Rotshwindam sororem, aut certe consanguineam primam Abbatissam impositam volunt; at postquam cum labentibus annis simul prolapsa disciplina Virginum conspecta, & quæ paucæ supererant Virgines dissolutæ viverent, Egbertus Episcopus, impetrata ad id Apostolica potestate, convertit in Cœnobium religiosorum virorum, introductis Monachis è D. Benedicti familia. Primum eis Abbatem præfecit Balduinum, virum religione & doctrina præstantem, quem & 12 Calend. April. in templo Virginum Freckenhostensium consecravit. Tanto id bono diœcesis factum est, quàm præclari postea viri ex illo Cœnobio prodire, & in hæc usque tempora florem religiosæ vitæ deduxere.

Haud dissimili religionis proferendæ studio Adelbertus, Moguntinus Archiepiscopus ac Metropolitanus Ecclesiæ nostræ, rogatu Bernardi Episcopi nostri, Cœnobij Mariæ Virginis, quod anno superiori conditum diximus, jura ac privilegia pontificali auctoritate roboravit: testes hæc tabulæ.

*Pax in
Imperio,
hostibus
sibi operâ
D. Bernardi
conciliatis.*

*Ursberg, de
Lothario.
Tribem. in
chron. Hir-
saug.*

*Bernard.
Wuttius in
chron. Leis-
born.*

*Leisbornensium
Sanctimonialium
monasterium ab
Egberto
Ep. Monast. traditur
viris religiosi
est è D.
Benedicti
familia.*

*Confir-
mantur
ab Archi-
ep. Mogunt.
jura Cœ-*

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Ego Adelbertus Dei gratia Moguntinus nobis
 Archiepiscopus, & Apostolica sedis legatus. Notum facio omnibus tam futuri quam presentis Mariæ-
 temporis Christi fidelibus, qualiter annuente & concedente venerabili fratre nostro Pader-
 burnensi Episcopo Bernharðo, Widekindus Comes fundavit Ecclesiam in sua propria heredi-
 tate in honorem Dei & sanctæ genitricis Mariæ. Itemque propria hereditate dotavit eam-
 collectis in ea fratribus monasticæ professionis ad serviendum Deo & sanctæ Mariæ, pro salute
 anime suæ & antecessorum suorum, & pro universa Ecclesia Catholica. Item liberam fecit
 eandem Ecclesiam suam, ita ut sit ab omni subjectione absoluta, nisi quod in spiritualibus tan-
 tum querendis, accipiendis, & disponendis Paderburnensi Episcopo & Ecclesie suæ sit subiecta.
 Item liberam habeat electionem in eligendo spirituali patre, in eligendo advocato, qui eis sit
 necessarius, et non gravis. Hanc etiam concessionem habeat ab Episcopo Paderburnensi cum
 consensu totius Ecclesie suæ, ut si quis vel liberorum hominum, vel Ministerialium Paderbur-
 nensis Ecclesie de rebus suis, sive de beneficio suo aterna retributionis amore sibi minuere,
 vel illi quippiam conferre voluerit ad ampliandam rem fratrum, hoc licitum sit et ratum, &
 perpetuo maneat inconcussum. Et nos igitur præfati patris nostri piam concessionem testa-
 menti auctoritate ab ipso stabilitam, et sigillo ejus communitam approbantes, bonæque volun-
 tatis ac meriti ipsius participes fore desiderantes, præsentis pagine seriem conscribi, & sigilli
 nostri impressione precepimus consignari, sub perpetuo anathemate Omnipotentis Dei Patris &
 Filii & Spiritus sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & Domni Pape Honorii, &
 nostro interdicens, ne quis eam dolo vel ullo ingenio impetere, aut infringere audeat, sed
 dum vitæ hujus tempus volvitur, rata & inconcussa permaneat. Testes sancti Præpositus
 de Frideslarie, Godeboldus Præpositus de Jecheburch, Heinricus Præpositus de Heilegestat, Go-
 descalcus Comes, Ernestus, & frater ejus Lambertus, & alii quam plures, qui viderunt, & au-
 diverunt. Acta sunt hæc anno Dominice Incarnationis MCCCX, Indictione octava, regnante
 Lothario secundo anno regni ejus *septimo. Datum Frideslarie, XII Calendas Julii feliciter
 Amen. *annus sex-
tus est.

Ad hunc quoque modum Bernardus Episcopus noster totus
 fuit in alijs religiosorum virorum Cœnobijs fovendis augendisque,
 quod & literæ testantur, quibus hoc anno Abdinghovicis Cœnobi-
 tis extra muros civitatis nova largitione bona in Nethesungen & Ar-
 lon adjecit, brevi cum Egberto Monasteriensis Episcopo à privatis ad
 publicas regni curas à Lothario Rege avocandus.

Annus Christi 1131.

Innocentij II Pont. 2.

Lotharij II Regis 7.

Bernardi I Ep. Pad. 4.

Postquam anno superiori Innocentius Pontifex in Gallias per-
 venerat, Clatomonti, quod præter ceteros Otto etiam Frisingensis
 tradit, concilium Episcoporum indixit, ad turbatæ Ecclesiæ & schis-
 matis vulnus perfanandum; ad quod Lotharius haud secus, quàm
 Henricus Angliæ Rex suos legatos præmisit, Conradum Saltzbur-
 gensem atque Egbertum Monasteriensem, Episcopos, per quos In-
 nocentium in Germaniam invitavit, nihil honoris auxiliique præ-
 termittiturus erga Pontificem, quod à Rege Galliæ & Angliæ dese-
 rebatur. Indè celebrato Gandershemij Natali Christi, per initia hu-
 jus anni MCCCXI è Saxonia ad Rhenum transijt; & cum didicisset Pon-
 tificem ad se venire, ipse cum omnibus Regni Principibus, Archiepi-
 scopis,

Otto Fri-
sing. lib. 7.
c. 18.

Dodechin.
Chron. Hil-
desf.

Chron. mon-
asti sereni.
Truhem.

Lotharij
Rex Leo-
dij ab In-
nocentio
corona-
tur.

scopis, Episcopis, Ducibus, Marchionibus, Palatinis, & flore nobilitatis Germaniæ Leodium obviam progressus, xi Calend. Aprilis honorificentissimè excepit. Rursumque Pontifex in corona xxxii Episcoporum, liii Abbatum & magna procerum multitudine Regi & Richezæ Reginæ diadema imposuit. Peracta est hæc celebritas in Basilica Cathedrali D. Lamberti, quæ per id tempus, & numero, & dignitate Canonicorum adeo floruisse perhibetur, ut ix Regum, xiv Ducum, xxix Comitum, ac vii Baronum, aliorumque nobilium filios censuerit. Eo igitur in conventu Episcoporum Germaniæ Saxoniarque, qui in Quadragesima præsentè Lothario Rege agebatur, damnata sunt acta Petri Leonis, atque ipse pseudopontifex anathemate percussus. Post quæ Lotharius Rex Pontifici omne subsidium & operam promisit adversus pseudopontificem. At cum investituras ausus est repetere Rex à Pontifice, haud leviter conturbati sunt Romani. Verum eam petitionem D. Bernardus, qui magna auctoritate pollebat, facillè discussit, persuasitque ne veterem litem tanto labore compositam novo Ecclesiæ turbamento resuscitaret. Duos enim sanctissimos viros istic præsentès habuit Lotharius Rex, D. Bernardum & Nortbertum, quos in arduis rebus sibi arbitros esse voluit, quorum iudicijs conscientiam suam permisit. Delecti præterea præstantissimi Episcopi, aulæ Consiliarij; quos inter & Bernardus Paderbornensis Episcopus noster, præclare tum etiam de Innocentio Pontifice meritis, cujus rei gratia postea Romæ, ut referemus, Rationalis usu donatus.

Bernardus Episcopus Paderbornensis inter aulæ Consiliarios à Lothario ad-

sciscitur.

Appendix ad vitam S. Godehardi de Canoniz. ar.

Brower. in notis.

Agitur in conventu Leodiensi ut D. Gode-

hardus in

Divorum numerum referatur.

Quod post in

conventu Rhemensis factum.

Vita D. Bernardi,

Accessit ad hunc quoque conventum Bernardus Hildesimensis Episcopus, vir per id tempus inter Saxoniarum Episcopos præstans. Is cum D. Nortberto Innocentium adiit, oblatoque libello, quo vita D. Godehardi, & illustria miracula sanctitatem ejus testantia exposita erant, publico illum Pontificis & Episcoporum iudicio in Divorum numerum referri petijt. Quæ causa ex hoc conventu in synodum Bremensem rejecta est, in quo apotheosis illa mense Octobri decreta est; ut multis hæc auctor ad vitam D. Godehardi retulit: fallique comperti sunt, qui Rhemensem synodum ante Leodiensem collocant, quod & à Browero observatum est.

Soluto Leodiensi conventu, in quo & in clericos concubinis foedatos severis poenis animadversum est, D. Bernardus Innocentium Pontificem Clarevallem deduxit, spectandamque obtulit Monasterij, sive sanctissimæ vitæ disciplinam, & modestiam Monachorum. Pontifex subinde cum Bernardo ad Rhemensem synodum 14 Novembris indictam profectus; ad quam ex diversis nationibus convenère Episcopi; interque hos Nortbertus & Bernardus Hildesimensis Episcopus cum Ecclesiæ suæ Sacerdotibus, apotheosin D. Godehardi sollicitando. Ac postquam in senatu Patrum acta omnia, quibus

bus apothecosis D. Godehardi petebatur, diligentissime sunt expensa, una omnium Episcoporum sententia coelitem numero est adscriptus; id quod Innocentij diplomate mox confirmatum. Quare magno totius Saxoniae triumpho magnoque populi concursu in Westfalia ossa humo levata, & publicae venerationi exposita: miraculis deinde ad Divi cultum tota Germania illustrata.

Lotharius Rex à conventu Leodiensi cum Matthæo Albanensi Legato, & magna procerum Regni pompa Trevirim discessit, ut solemni ritu istic latissimum Paschatis diem coleret. Transitum inde cum eodem Apostolico Legato Moguntiam fecit; ubi provincialem synodum convocavit Adelbertus Archiepiscopus, eiq; praesedit Matthæus Albanensis Episcopus Apostolicae sedis Legatus cum ipso Archiepiscopo, praesente Lothario Rege, Ottone Bambergensi, Buggone Wormatiensi, Sifrido Spirensi, Embrichone Herbipolensi, Augustano, Eystadensi, Hildesimensi, pluribusque alijs Episcopis, ut vetus auctor scribit, quibus & Bernardum Episcopum Paderbornensem tanquam provincialem ejus metropolis comprehenderit. Ea in synodo Bruno Argentinenfis à clero & populo accusatus, quod per vim sibi obrusus esset; quare Episcopatu se abdicare coactus. Haud dissimile justitiae exemplum in Hermannum Wirceburgensem Comitem ipsius Lotharij consanguineum editum. Occiderat is Burchardum Locheimium, fidum Regis Consiliarium, fraude circumventum. Ob id facinus ad judicium postulatus, à Rege proscriptus, exutusque Comitatu; castrum, quod in abrupto dioecesis Hildesimensis monte conspicitur, expugnatum funditusque eversum; Comitatus ejus Ludowico Comiti Reginae consanguineo donatus. Bellum deinde Lotharius, vindex justitiae, ab Rheno in Saxoniam regressus, adversus Danos collecto exercitu suscepit, ob Kanuti Sclavorum Regis necem. Hunc enim Erici Daniae Regis filium, ob egregias virtutes, Lotharius, post interemptos Henrici Sclavorum Christiani Principis degeneres filios, Wentepoldum & Kanutum, Obottorum & Sclavorum Regem dixerat. Et is opera Vicelini, quocum illi magna familiaritas fuerat, subsidioque aliorum Sacerdotum, quos Vicelinus introduxerat, Christi religionem per Nortalbingiam ceterasque Sclaviae regiones prope restituerat; cum ante non nisi uno in Lubecensi Comitatu Christi religio coleretur. Inter hos felices progressus Kanutus optimus Rex à patru Nicolai Regis Danorum filio Magno, perfide interficitur. Quam necem adeo acerbe sensit Lotharius Rex, ut concitâ totâ Saxonîa in Danos moveret, cui Bardewici occurrit Vicelinus, salutatoque Rege & Regina Richesa, opem pro libertate christianae religionis implorat; consiliumque dedit castrum in monte Sigeberg construendi, cujus praesidio Christiani adversus Barbaros tuti essent. Inde Lotharius Sclawicum progressus ad Danorum fines.

Alta Concilii Rheimensis, tom. X concil. Reg. Sirmond. Baronius. Vita D. North. Brover. l. 13, annal. Trever. Dodechin. Chron. Mogunt. Serrarius.

Dodechin. Chron. Hildes. Chron. Gotsens. Chron. monastii Sereni. Trishem.

Helmold. l. 1. c. 50. Albertus Stadenf. Chron. Sclav. c. 17. Lotharij expeditio adversus Sclavos.

Z z z

Dani

Dani ad conspectum Teutonici exercitus terri, cum pralio non auderent congregari, auro in pœnam dato, & fœdere cum Lothario transgère. Lotharius ut Christianorum securitati prospiceret, castrum Sigeberg in Waginorum terra construit, & præsidio firmat: templo ad pedem montis condito, cui sex oppida, & amplas possessiones adjecit. Nova hæc congregatio Sacerdotum, structuraque Vicelino commissa à Rege. Idem Lubecæ fecit Rex, severeque Pribislavo, ceterisque Sclavorum Principibus mandat, liberam ut relinquunt Sacerdotibus & populo christianam religionem; secus si fecerint, se ferro, & igne ulturum perfidiam. Nec, eo Imperatore, se deinceps commovere ausi Sclavi. Vicelino præterea Apostolico viro rotius Sclavicæ gentis cura à Rege commendata; quam ille magno deinde Evangelij fructu inter multas ærumnas ad Christi sacra perduxit, ut multis narrant Septentrionalium rerum Scriptorum, à quibus etiam ob res inter Barbaros præclare gestas magnus earum regionum Pontifex appellatur. Vel eò hæc à nobis commemoranda, quòd Vicelinus è scholis & clero Paderbornensi à Deo ad hoc Apostolicum munus evocatus. His salubriter constitutis Lotharius in Saxoniam reduxit exercitum ad hiberna.

Moritur Egbertus Ep. Monast. E Saxoniæ Episcopis hic annus morte subtrahit Egbertum Monasteriensis Episcopum, virum Lothario Regi à prudentia & pietate percarum, à D. Bernardo inter sanctissimos ejus temporis Episcopos commendatus. Præter ea, quæ in publicis ab eo gesta retulimus, majorem Basilicam sub Theodorico exultam, plumbo texit: multaque ex ruinis illius incendij ab eo reparata sunt, quibus pristinus templi nitor, clero vitæ integritas, Cœnobijs disciplina restituta est. Ille ut Leisbornense Cœnobium ad meliorem formam reduxit, ita vagas post incendium virgines Sanctimoniales ex Monasterio in urbe trans aquas hærentes apud consanguineos anathematis pœna retraxit ad claustrum. Gesto per quinque annos Episcopatu, Colonia circa festa Natalitia obiit. Corpus Monasterium transvectum, conditumque in Basilica. Successor ei cleri electione datus Wernherus Halberstadiensis Canonicus, consanguineus S. Annonis Archiepiscopi, ut auctor chronici Montis sereni scribit.

Annus Christi 1132.

Innocentij II Pont. 3.

Lotharij II Reg. 8.

Bernardi Ep. Pad. 5.

Dodechin. Jam ante Egbertum 8 Calend. Novemb. seu ut alij 25 Augusti, ipse Coloniensium Archiepiscopus Frideric⁹ eodem anno excesserat, præclare per xxxi annos de Ecclesia sua meritis. Successoris electionem inter dissidias reliquit, alijs Godefridum Præpositum Sanctensem, alijs Brunonem

nonem Præpositum S. Gereonis deposcentibus. Vix institutio Episcoporum e manibus Imperatorum tanto molimine extorta erat, cum ipse clerus & populus fœdè dissidere cœpit. Imperator, ut tumultuantem urbem componeret, Coloniam se transtulit; celebratisq; apud Urbios Natalitijs Christi egit, ut Bruno, licet invitus, Archiepiscopus acceptaretur, patre Adolpho Comite Altenacio & Montensi natus. Consuluerat Bruno D. Bernardum de Episcopatu suscipiendo: Bernardus, cum multis vertisset in omnem partem consilij sui rationem dubius, tandem rescribit, horrere sese Episcopi onus alicui suadere; quare ad D. Nortberti consilium remittit, & suis se precibus rem à Deo postulaturum pollicetur. Tantæ columnæ sub onere trepidant; & quo nunc ambitio prensatur? & cum unus Episcopatus impetratus, mox alter, tertiusque pari ambitione quæritur. Bruno posthæc Coloniensis, & Albero Trevirensis, Archiepiscopi à Wilhelmo Cardinali simul consecrantur.

Lotharius Coloniâ, quo redierat, Aquisgranum digressus ad comitia Principum; id quod ex tabulis Leodiensi Ecclesiæ istic consignatis constare poterit, quibus Wilhelmus Prænestinus Episcopus Cardinalis, Matthæus Albanensis Episcopus Cardinalis, Joannes de Crema presbyter Cardinalis, Wido Diaconus Cardinalis, Albero Trevirensis Archiepiscopus, alijque Episcopi, ac Principes subscripsere. Aderant haud dubiè hi Legati Apostolici Lothario Regi, ut expeditionem in Italiam ad collocandum in sede Innocentium sollicitarent. Quapropter Lotharius Paschate Aquisgrani celebrato, compositisque ijs, quæ ad Imperij tranquillitatem petebantur, in Saxoniam est regressus; lustrataque Paderbornâ, ceterisque Episcoporum sedibus, Mulhusij conventum Principum indixit, in quo de expeditione in Italiam maturandi consilia agitata. Consignatæ etiam Mulhusij regis tabulæ, quibus Walckenrodenensis Cœnobij foundationem ratam habuit. Inde profectionem Romanam ad festum Virginis in cœlum assumpræ edicit, adquam magno numero se Saxonici Principes ac nobiles obtulère: rogatuque Cæsaris ex Saxonis Episcopis accessere D. Nortbertus Magdenburgensis Archiepiscopus, Bernardus Paderbornensis Episcopus, ceterique Episcopi, & Abbates Germaniæ, quos ex epistola Lotharij mox recitabimus, quibus se D. Bernardus adjunxit, alterum per id tempus cum D. Nortberto oraculum Germaniæ. Inde Lotharius 18 Calend. Septembris cum exercitu Augustam Vindelicorum movit, qua in urbe pacificè agentem bello lacescunt cives. Nec impunè; Cæsaris quippe milite prævalente, urbs incensa, multiq; civium captivi abducti. At postquam Conradus Italici regni in vasor, de Lotharij expeditione certior factus; per viarum ambages in Germaniam recurrit. Eo Lotharius partem exercitus in Germania relinquere coactus, ad conatus ejus reprimendos,

Bruno, agente Lothario R. fit Archiep. Colon.

Bernard. Epist. 85.

Miræus in Not. Belg. c. 143.

Lotharius expeditionem in Italiam decernit.

Otto Frising. Dodechin. Robertus de monte. Chron. montisferent.

Sigonius l. 21 de regno Ital.

Auctor adit. ad Lamb. Petrus

Clm. 26 & 3 epist.

Bernard. in epist. 139

Vita D. Nortb. Baron.

fervandosque amicos; cum altera parte exercitus, quæ paucarum legionum erat per Tridentinas valles in Italiam penetravit, Innocentio Pontifice alia via ex Gallijs occurrente.

Annus Christi 1133.

Innocentij II Pont. 4.

Lotharij II Regis 9. Imp. 1.

Bernardi I Ep. Pad. 6.

Postquam Lotharius apud villam, quam medicinam dixere, Natalem Christi celebrârat, ac pleraque per Italiam loca munita occupasset, tandem II Calend. Martij urbem ingressus est, castris ad portam S. Agnetis positus; tum, quia Genuenses & Pisanos latium simul litus occupari iussit; tanta trepidatio incessit Petrum Leonis, ut in Basilicam S. Petri, & vaticanum munimentum se cum suis reciperet, alij etiam ad turres refugerent; ita Pontifex unâ cum Lothario pacato agmine Romam ingressus, secessit in Lateranum, Lotharius verò Aventinum montem infedit. Tum verò primò tractatum est consilij cum pseudopontifice; quæ cum ille fautoresque ejus eluderent, institutum judicium Episcoporum à Lothario, damnatusque Petrus Leonis, sententia cum primis Episcoporum Germaniæ & Saxoniam, id quod ex epistola ipsius Lotharij, quam recens produxit Lucas Dacherius, cognoscere licebit; eoque hic gratior, opinor, erit, quòd in ea Bernardus Episcopus noster, ac ceteri Saxoniam Episcopi memorantur Romæ judices ac defensores Apostolicæ sedis, quorum nomina hæctenus ignorata fuere; id quod potissimum Stephano Baluzio viro in Gallijs eruditissimo debemus, qui eam Lotharij epistolam à se illustratam cum Ferdinando Episcopo nostro communicavit; ita igitur Rex ac mox Imperator nominandus.

Lotharius Dei gratia Romanorum Rex Regibus, Archiepiscopis, Episcopis, Principibus, et universis Dei fidelibus, ad quos hæc litera pervenerint salutem.

Majestatis divinæ dispensationi, et consilio placuit, nos patrum, et defensorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ statuere, ideoque necesse habuimus pro ipsius liberatione propensius laborare. Cum igitur adscitis nobis Archiepiscopis, Episcopis et Abbatibus, Principibus, Ducibus, Comitibus et Marchionibus regni nostri, Episcopos etiam, Comites et alios Barones Italia nobiscum ducentes, bellico apparatu stipati, ad urbem proficisceremur, nuncios Schismatici illius Petri Leonis frequenter habuimus, qui nimirum ex parte illius justitiam prætendentis, ipsi in jus ire parato non debere audientiam denegari, nec hostilibus impugnationibus molestari, publicis clamoribus asserebant. Diutinis ergo eorum interpellationibus provocati, id ipsum Episcopis et Cardinalibus, qui cum Domino Papa Innocentio erant, significare coacti sumus; ipsi verò tanquam Canoniarum sanctionum, et constitutionum Ecclesiasticarum non ignari, universam Dei Ecclesiam jam super hoc pronunciaffe sententiam, Petrum Leonis, ac complices suos damnasse asserentes, quod erat universalis, non debere privatam fieri responderunt.

Nos

Nos autem id ipsum cum patientia supportantes, et Patrem nostrum Papam Innocentium ad urbem cum gloria duximus, et Lateranensi Ecclesie restitimus, atque in monte Aventino castra metati fuimus, ibique Petrus Leonis aures nostras, et Principum nostrorum per Petrum olim Portuensem Episcopum, et per alios fautores suos preatendendo justitiam sollicitare non destitit. Qui etiam munitiones et obsides se nobis daturus ad sufficientiam pro servando iudicio et viva voce, et literis promiserunt. Pacem ergo sine effusione sanguinis reformare in Ecclesia Dei cupientes, quae nobis illi dixerant, fratribus, qui cum Domino Papa Innocentio erant, per nos ipsos significavimus. Ceterum ipsi, utpote pacis amatores, de justitia confidentes, tam personas suas, quam Leonis, et filiorum suorum, nec non Cent. Per. Fracaganis, et Petri Latronis, et munitiones in manu nostra libere obtulerunt. Adversa vero pars dies redimere cupiens, sub velamine fraudulentarum promissionum, nos aliquanto tempore à nostra intentione retraxit. Tandem quia ipsi commoniti implere, quod promiserant, noluerunt, tanquam fallaces et perfidi, et tam divina quam regia majestatis rei, cum Petro Leonis ejusque complicibus damnati, et hostes à Principibus nostrae curiae iudicati, videlicet Northberto Magdenburgensi Cancellario nostro, et A. Bremensi Archiepiscopo, et D. Offenburgensi, B. Padelbronnensi, An. Brandneburgensi, et B. Parmensi, R. Albeni, O. Astensi, O. Cremonensi, G. Yporiensi Episcopis, et Abbatibus, Henrico Fuldensi, Alberone Noenburgensi, et Lunenburgensi: proceribus Alberone, et Henrico Marchionibus, Othone, Sigifredo vexillifero, Herimanno, Wilhelmelo de Lomello, Gothone de Marchovingo, Hildebrando, et Tancredo de Prato Comitibus, et Alberto de Cassello.

Qui his Lotharij literis consignatur Bremensis Archiepiscopus, Adalbero fuit, seu Thiethardus, ut mox constabit ex literis Claholtanis; Paderbornensis, Bernardus Episcopus noster; ceteri Saxonici Episcopi & Abbates ex singulorum factis petendi sunt; quemadmodum de Fuldensi Abbate consulendus Browerus in Fuldensium antiquitatibus.

Postquam igitur horum Episcoporum & Cardinalium iudicio condemnatus est Schismaticus Pontifex, ut eum Lotharius Rex appellat, atque Innocentius verus est Pontifex renunciatus, collocatusque in sede Petri, ut Otto Frisingensis ceterique scribunt, Lotharius in Ecclesia sancti Salvatoris, quae Constantiniana dicitur, est introductus, atque in ea ab Innocentio Pontifice solenni ritu Imperator coronatus, festaque populi acclamatione Augustus appellatus. Ea celebritas in Lateranensi Basilica peracta, quod Ecclesiam D. Petri, ubi mos erat coronare Imperatores, Petrus Leonis eo tempore occupaverat. Sexto post die Pontifex beneficiarias ditiones, quas à Mathilde dono Apostolica sedes acceperat, Caesari concessit; ea tamen lege, ut ad Successores non transmitteret, & pro clientis officio quotannis centum auri libras penderet, & pro clientis officio quotannis centum auri libras penderet, & hi versus in memoriam actae rei docent, inscripti tabulis aeneis.

Rex venit ante fores jurans prius urbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Quan-

Historia
Brem.
Brower. in
antiquitat.
Fuld. lib. 4.

Dodechin.
Otto Fri-
sing. lib. 7.
c. 18.
Chron.
Benens.
Vita North-
berti.
Sigon. lib. 11.
de bello Ital.
Baronius,
alique.
Lothari-
us Impe-
rator co-
ronatur.

vita Nort-
berti c. 50.
Brevier. l.
4. Antiq.
Fuldens.
Bernar-
dus Ep.
Pad. tibi
suisque
Successoribus
impetrat
usum Ra-
tionalis.
Chr. Hild.
Gobel. at. at.
6. c. 59.
Cranz. lib.
6. Metrop.
c. 10.

Quantum id perstringit oculos heterodoxorum nostrorum, qui omne Petri & Pontificum patrimonium Cæsari asserunt? Nec Pontifex modo gratus in Cæsarem, sed & in alios, quorum beneficio restitutus. Nortberto datus tum à Pontifice Primatus, aut certè confirmatus; perinde, ut omnia Ecclesiæ suæ privilegia, quæ exesa à tuncis neglectaque querebatur, corroborata sunt. Bertholdo Fuldensi Abbati concessum jus mitræ, baculi, annuli, Pontificis ritu. *Bernardus Episcopus Paderbornensis promeritus à sede Apostolica, sibi ac Successoribus suis usum Rationalis in celebrationibus Missarum statutis temporibus, in consecrationibus Ecclesiarum, et in ordinationibus Ecclesiasticorum graduum, quanquam in proprio tantum Episcopatu.* Quemadmodum hæc scriptor vitæ ejus, auctor chronici Hildesienfis, certus eorum temporum scriptor, Gobelinus & Crantzius retulerunt. Sed nihil horum testimonijs hic opus, cum ipse adfit Innocentij Pontificis diploma, quo mirificè laudat singulare Bernardi Episcopi studium pro sede Apostolica, cujus ipse meritis provocatus, singulari quoque hoc Rationalis honore præ ceteris etiam tum Saxonie Episcopis illum exornavit. Quare sic Pontifex.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei venerabili fratri Bernardo Padelburgensi Episcopo ejusque Successoribus canonicè promovendis. Sicut omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, et à patre luminum descendere scriptura sacra autoritas protestatur. Ita procul dubio nostram gloriam atque letitiam fore credimus, si Fratres nostri digni honore inveniuntur, et pro sua probitate atque scientia de magnis honoribus ecclesiasticis ac dignitatibus ad altiora provecchi promerentur. Hoc profecto intuitu, quoniam multa de tua devotionis erga Beatum Petrum studio venerabilis frater Bernardus Episcopus nostris sunt auribus nuntiata, et hoc ipsum certis indicijs comprobavimus equum est, ut pro impenso obsequio à sede Apostolica amplius honoreris, et ut de cetero fraternitatem tuam nobis magis obnoxiam statuimus, tam temporaliter quam spiritualiter gratum emolumentum Domino cooperante recipias. Et quoniam tanquam Aaron ad pontificalis dignitatis fastigium divina providentia te credimus evocatum, et loco Moysi ad regimen es, et principatum Christiani populi constitutus, eorumque quoque dignitatis te Principem constituimus, et usum Rationalis tibi tuisque Successoribus ex Apostolica sedis benignitate concedimus. Hoc videlicet sancientes, ut eodem his diebus per parrochiam tuam infra Ecclesiam duntaxat ut amini, qui in presentis scripti pagina perscribuntur. Id est Cena Domini, Pascha, Ascensione, Pentecoste, Natale beati Johannis baptista, festivitibus beatorum Apostolorum Petri et Pauli, sollemnitatibus beate Mariæ, et omnium Sanctorum, natale Domini, et epiphania. In consecrationibus quoque Ecclesiarum infra tuam parrochiam, nec non etiam ordinationibus Clericorum, in anniversario dedicationis Padelburgensis Ecclesiæ, et in festivitate Sancti Liborii. Tua itaque frater dilectissime interest, ut quod in facie geris Ecclesiæ operum tuorum commendet effectus, et tua dilectio hac semper gratia valeat dignior inveniri.

Ego Innocentius Catholica Ecclesia Episcopus. Signum manus meæ adjuva nos Deus Salutaris noster.

Datum

Datum Laterani per manus Armerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi Card. & Cancellarij Non. Junij, Indict. XI, Anno Dominica Incarnat. MCXXXII, Pontificatus vero Domini Innocentii II anno IIII.

Rarum atque præclarum Episcoporum egregiè meritorum ornamentum; quo idem Innocentius, Pontifex haud multò post etiam decoravit Alberonem Leodiensẽ Episcopum, simili prope forma diplomatis. Inter Saxoniam Episcopos reperio Mindensẽ, & inter Germaniam Episcopos Eystadensẽ Rationali, à Pontificibus decoratos. Id sacrum ornamentum, ex indumentis Pontificum veteris Ecclesiæ traductum; quæ fuere Tiara, Tunica hyacinthina, Ephod, seu Epomis, & superhumeralẽ, quod à Josepho stola hieratica dicitur, præter hæc, Rationale, quod græca voce λογιον, latinâ pectorale dicitur: Rationale ab Innocentio datum, opus ex auro, serico, & gemmis, elegantiq; contextu formæ quadrangularis, quod infertum collo humeros & pectus tegit, dependentibus à tergo & pectore quatuor fascijs limbisque, haud multum Epomidi dissimile, unde & superhumeralẽ alijs dicere placuit. Non tamen Pontificale fuit, quod Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis proprium est; licet id in Italia cum Lucensi & Ostiensi, & in Germania cum Richardo Leodiensi, ac teste Sigeberto, Bambergensi Episcopis communicatum fuerit. Sanè ut politici Principis est impertiri insignia, quibus ordines discernantur, & ob merita exornentur; ita Pontificis est, pro summa in Ecclesiam potestate, hujusmodi sacrorum ornamenta dilargiri, cum id vel Ecclesiæ dignitas, vel egregia Episcoporum merita ob remunerationem decoremque exigunt.

Hunc solemnem deinde Rationalis usum, ab Innocentio II Pontifice Bernardo Episcopo nostro & Successoribus datum, confirmavit, ampliavitque Alexander VII Pontifex Ferdinando Episcopo Paderbornensi, cum præclara virtutum ac meritorum testificatione. Quocirca hujus Pontificis diploma ad Innocentij conjungere visum, quo confirmatiore fide illustre hoc Paderbornensis Ecclesiæ privilegium ad posteros perveniat. Duo autem in hanc rem sunt Alexandri VII diplomata, alterum breve, alterum quo antiqui privilegij confirmationem complectitur.

ALEXANDER PP. VII.

Venerabilis frater salutem et Apostolicam benedictionem. Ea plane sunt vel Ecclesiæ Paderbornensis in hanc sanctam sedem antiquæ fidelitatis obsequia, vel etiam fraternitatis tuæ domestico ac diuturno usu spectatarum nobis virtutum promerita, ut Apostolicæ benignitatis indulgentia necdum vetera ornamenta retinere, sed novis quoque decoribus augeri jure debeatis. Quod à nobis in præsens omissum non fuisse hisce literis adjunctum diploma declarabit. Perge porro venerabilis frater, qua vigilis pastoralibus super gregem istum accurate custodiendis, qua perpetuo erga Romanam Ecclesiam observantiæ cultu, et Catholicæ religionis incenso studio has laudes jam proprias tuas tibi magis indies asserere. Nos paternæ caritatis illustriora documenta quæ-

que

Eisen in
bist. Leod.
lib. 10.
Exod. 28.
Joseph. l. 5.
6. 15.
Onuph. de
voc. Eccl.
Innocent.
III. in lib. 1.
Myster.
Miss. c. 10.
& 63.
Serrar. l. 3.
Hist. Mo-
gunt.
Eisen lib. 10.
in Albert.

Ejusdem
Rationa-
lis usus
confirma-
tur & am-
pliatur
ab Alex-
andro
VII.

que fraternitati tuæ pro re ac tempore semper exhibituri benedictionem Apostolicam interim peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris. Die XIII Februarii, MDCLXVI, Pontificatus nostri anno undecimo. Venerabili fratri Ferdinando Episcopo Paderbornensi.

ALEXANDER PP. VII.

Ad perpetuam rei memoriam. In Apostolica dignitatis fastigio divina dispositione constituti, illa quæ ex circumspecta Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum beneficentia ad augendum Antistitum in partem Apostolicæ sollicitudinis doctorum decorem providè emanasse dicuntur, ut firmiora semper atque stabiliora permaneant, Apostolici muniminis præsidio libenter roboramus, eaque etiam ampliamus, sicut personarum meritis convenire in Domino arbitramur. Exponi siquidem nuper nobis fecit venerabilis frater Ferdinandus Episcopus Paderbornensis, quod dudum scilicet Innocentius PP. II prædecessor noster bonæ memoriæ Bernardo, dum vixit, Episcopo Paderbornensi, ejusque Successoribus canonice promovendis in perpetuum usum Rationalis concessit, hoc videlicet sanciens, ut eodem per eorum paræciam infra Ecclesiam duntaxat uterentur his diebus: nempe cæna Domini, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Natalis Beati Joannis Baptista, festivitatis Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, solennitatibus Beatae Mariae, et omnium Sanctorum, Natalis Domini, et Epiphaniæ. In consecrationibus quoque Ecclesiarum infra eorum paræciam, nec non etiam ordinationibus Clericorum, in anniversario Dedicationis Paderbornensis Ecclesiæ, et in festivitate Sancti Liborii, et alias prout in ejusdem Innocentii prædecessoris literis desuper anno Incarnationis Dominicæ M. C. XXXIII Nonis Junii expeditis uberius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Ferdinandus Episcopus concessionem hujusmodi, quo firmitus subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocínio communiri, ac ad aliquot alias festivitates extendi plurimum desideret. Nos ad eximia fidei et devotionis erga Nos et Sedem Apostolicam, aliaque multiplicia virtutum merita, quibus eundem Ferdinandum Episcopum ab omnium bonorum largitore exornatum esse norimus, paternæ dirigentes considerationis intuitum, eumque specialis favore gratiæ prosequi volentes, et à quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti aliisque Ecclesiasticis censuris et pœnis à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, concessionem usus Rationalis Bernardo Episcopo ejusque Successoribus in perpetuum à memorato Innocentio prædecessore factam, ut prædicitur, emanatasque desuper ipsius Innocentii prædecessoris literas prædictas auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet inter venerint, supplemus. Præterea eandem concessionem ad festivitates corporis Christi, Circumcisionis Domini, et inventæ atque exaltatæ crucis, ita ut his quoque festivitatis dictus Ferdinandus ejusque Successores Episcopi Paderbornensis canonice promovendi in perpetuum eodem Rationali pariformiter uti libere et licite possint

possint et valeant, auctoritate et tenore prædictis extendimus et ampliamus. Decernentes easdem presentes literas semper firmas et validas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac Ferdinando ejusque Successoribus Episcopis prædictis in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscunque judices ordinarios et delegatos, et causarum Palatii Apostolice Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere legatos, et Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter et ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus provincialibusque consiliis editis generalibus et specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die tertia Martii MDCLXVI, Pontificatus nostri anno undecimo.

Ab his nunc ad institutam narrationem redeamus. Cùm post restitutum Innocentium Pontificem Lotharius in urbe versaretur, arduumque reputaret cum exiguo milite, quem duorum tantummodo, aut trium millium habebat, Schismaticum Pontificem ex munitionibus atque urbe ejicere, reditum ex consilio Episcoporum & procerum in Lombardiam ac Germaniam decernit, certus cum validiori brevi redire ad omnes Italiæ hostes debellandos. Jam & legiones, inclementia cœli & annonæ penuria, multum absumptæ erant: & Rogerius Apuliæ Dux cum instructo exercitu imminebat pseudopontifici & factioni ejus in subsidium. Imperatorem deduxere D. Bernardus & Nortbertus ceterique Episcopi in Germaniam. Innocentius Pontifex Germanorum ope destitutus, etsi constituerat in urbe permanere, veritus tamen, ne præsentia sua adversariorum animos accenderet, Pisas, urbem fidam & validam, adiit. Mirificè ob hanc fidem erga Apostolicam sedem laudati Pisani cives à D. Bernardo.

Rediit & Bernardus Episcopus noster incolumis cum ceteris Episcopis in Germaniam. Sed nondum in Episcopatum pedem retulerat, cùm tristi nuncio percussus, intellexit Basilicam cum magna parte urbis III Calend. Julij conflagrasse. Quo eodem die duo circuli, alter altero major, solis globum obire visi, quorum major urbis ambitum, minor Basilicam complexus. Quæ cum hora tertia post meridiem spectarentur, mox sub horam nonam ejus diei visa est flamma ex civium ædibus & Basilicæ tecto, incertum quo casu, erumpere; nec prius ignem extinguere licuit, quàm major pars urbis, & templum in bustum concideret. Tertium hoc & funestum urbis Paderbornensis incendium sub præstantissimis Episcopis, quorum primum, Rothario; alterum, Imado Episcopo, antecesserat. Sed Bernardus non minus quàm ceteri Episcopi magnis animis reparacionem Basilicæ & urbis aggressus, intra decennium Basilicam multo

A a a a

elegant

Tertium
urbis Pa-
derborn.
incendi-
um.Chron. Hil-
des.
Gobelin. a-
tat. 6, c. 59.

elegantiorembusto eduxit. Urbs quoque Bernardi industria & liberalitate adjuncta brevi ex ruinis veteri suo splendori est reddita.

Iterata
Lotharij
in Danos
expeditio.

Lotharij
confir-
mat bo-
na quæ-
dam &
privilegia
Corbei-
enf.

At Imperator ab reditu in Italiam expeditionem adversus Danorum Regem suscepit, quod ad hunc annum scribit auctor Chronici Hildesimensis. Iterata hæc expeditio adversus Danos ob Regisævitiã in Teutonicos, quos mutilando, & per varia tormenta excruciendo in mortem adegerat. Eventum etsi auctor non retulerit, hunc tamen annus sequens exponet; satisque constabit hoc anno armis Lotharij Danos subactos fuisse. Certe Bardewicum accessisse docent Lotharij tabulæ, quibus Volckmaro Corbeïensi Abbati certa quædam privilegia bonaque confirmavit: eas, quod Imperatoris pietatem & liberalitatem erga religiosos viros simul referant, hinc interponere visum fuit.

In nomine Domini Dei nostri ac Salvatoris Jesu Christi, Lotharius ordinante divina clementia Romanorum Imperator Augustus. Considerantes Regalis esse munificentia, et nobis salutare, dum tempus habemus bonum operari in omnibus, maxime autem in Ecclesiis Dei. Ideo statuentes decernimus loca Deo oblata, et dicata sublimare, possessionibus ampliare, collata defensare, et in suo statu conservare, si aliqua etiam temere fuerint alienata, vel injuste avulsa, ad antiquam dignitatem et pristinam traditionem suffragante divina clementia revocare, hisque beneficiis proposuimus insudare, ut ipse, qui nos in terris gloria et honore coronavit, in caelis indulgeat coronam vitæ, quam repromisit diligentibus se, cum nos deduxerit de laborioso hujus sæculi certamine. Noverit itaque tam presentium quam futurorum provida discretio, quod nos respectu divinitatis et amoris Monasterio, quod appellatur nova Corbeia, quod situm est super fluvium Wisera, rogatu ipsius loci venerabilis Abbatis Volckmari nomine piscationem, quæ vocatur Houcvar, quam totam Ludovicus Imperator eidem Monasterio contulerat, hanc postmodum Dux Henricus Bavaria cum quadam Comitissa Elica et filio suo Adelberto injuste se possedisse recognoscens, cum digna penitentia, divinitus inspirata, sancto Vito cum omni utilitate remisit. Et nos regali auctoritate ipsam remissionem confirmavimus, statuentes hoc, ut qui hanc nostræ auctoritatis concessionem infringere presumpserit, fisco nostro centum auri talenta persolvere debeat. Regali etiam auctoritate confirmamus villas cum hominibus ad eandem piscationem pertinentes cum ceteris appendiciis, pratis videlicet, arvis, pascuis, cultis sive incultis, mobilibus et immobilibus, ut in omnibus his nullus fratres in supra dicto Monasterio Canonice degentes inquietare, vexare, vel molestare presumat. Nec advocatum in eadem piscatione habeant, nisi quem Abbas Dominus loci consilio fratrum statuerit. Et ut hæc omnia rata et incorrupta omnino permaneant, impressione sigilli nostri signari precepimus.

Signum Domni Lotharii.

*Ekkhardus Præpositus vice Cancellarii recognovi. Anno ab Incarnatione Domini MLXXXIII. Indict. XI.
Actum Bardewich in Dei nomine feliciter Amen.*

Plura per
Westfali-
am Mo-

Multa præterea hoc anno Monasteria condita per Westfaliam & Saxoniam: Altenbergense in Marchia, liberalitate Adolphi & Eberhardi

hardi Comitum de Altena; in quo haud multò post Everhardus Comes ordinem Cisterciensium professus: Amelinsburgum ad Visurgim: Hilmelrodanum: Waltassium in Narciscis, opera Gerwici Monachi Sigebergensis, ex veteri Westfaliae nobilitate viri, oriundique ex castro Wolmunsteinio ad Ruram, cujus res gestas Cœnobijque exordia multis describit Bruschius.

naſteria
condita.
Henricus
de Her-
vord.
Bruschius
Cent. 1.
Monast.
Cleinſorg.

Annus Christi 1134.

Innocentij II Pont. 5.
Lotharij II Regis 10. Imp. 2.
Bernardi I Ep. Pad. 7.

Lotharius victor ex Dania regressus, hiberna inter Saxones suos habuit Goslariæ in palatio: ubi & 4 Idus Aprilis, præſente Alberto Moguntino & D. Nortberto Magdenburg. Archiepiscopis, ac decem alijs Episcopis, multiſq; Marchionibus & proceribus Saxoniae, Eltenenſe Sanctimonialium Virginum Collegium, ex patrimonio Meinwerce Episcopi noſtri conditum, auget donatione duorum talentorum ex Duisburgensi censu traductorum.

Pontanus
lib. 6. Hi-
ſtor. Geſtia.

Pascha, quod xv Aprilis hoc anno agebatur, Halberſtadij celebravit in conventu Episcoporum ac Principum. Veterem ibi magnorum Imperatorum majestatem aſſeruit Lotharius. Nam magnum Nicolai Danorum Regis filium prioribus annis debellatum se ſistere juſſit, ac in publicis Imperij comitijs juramentum fidei dicere; quo Successores quoque Danorum Reges obligatos voluit, ne Regnum deinceps Daniae quisquam ſumeret ſine Imperatoris, & ſequentium Romanorum Imperatorum conſenſu & auctoritate. Quod ſecundo die Paſchatis, pulchro & inaudito à multis retro ſæculis ſpectaculo, factum referunt ſcriptores noſtri. Præſtito hoc juramento, Lotharius Regem Danorum coronari juſſit: inde ad venerandam Imperatoriam majestatem gladium ſibi præferre voluit. Ita in gratiam receptus, redire permiſſus eſt in Daniam; quod & præter noſtros ſcriptores Otto Friſingenſis retulit, Daciaeque Regem appellat, quem Daniae dicere debebat. Quæ verò de Polonorum Duce ac ceteris hic conjungit, ad ſequentes annos pertinent. Sed haud multum ſuperſtes ab hoc honore Daniae Rex, Deo ulciſcente inſontis Kanuti Regis necem. Nam cum ingratus ſævire non deſiſteret in Ericum Kanuti Regis fratrem, ac patrum ſuum, obſideretque in Lundina urbe cum xx millibus armatorum, erupit David Erici ſororis filius cum ſelecto ccc militum agmine, fugatoque Magni exercitu, ipſum Regem in terram proſtratum obtruncavit. Nicolaus Rex ſenior ac pater Magni Regis, etſi fuga ſubtractus, haud multò tamen poſt per inſidias à ſuis occiſus eſt. Eo irruptionis prælio v Episcopi, & lxxv Clerici ſimul interempti memorantur, ſeu caſu, ſeu parricidij Kanuti Regis participes.

Chron.
Hild.
Chron.
montis ſe-
rent.
Magnus,
juſſu Lo-
tharij,
Rex Da-
niae co-
ronatur,
ſed paulò
poſt in-
terimi-
tur.
Mor. D.
Nor-
Cuius
ho. 22.
Lotharius

Aaaaa 2

Lotharius

ſtria & li-
dita.
verſus Da-
tor Chro.
bRegis ſa-
nta ex cru-
lerit, hunc
no armis
ſſe docent
certa quæ.
oris pieta-
interpo.
ordinante
lis eſſe mu-
us, maxime
dicata ſubli-
aliqua eti-
et priſtinam
oſuimus in-
at coronam
ſæculi cer-
etio, quod
rbeia, quod
olemari no-
perator ei-
um quadam
cum digna
Et nos re-
hanc noſtra
talentaper-
bus ad can-
is, paſcuſ,
res in ſupra
ſumat. Nec
conſilio fra-
imprefſione
Ind. XI.
Westfaliam
hi & Eber-
hardi

Lothari-
us Con-
radum &
Frideri-
cum Sue-
viae Du-
ces do-
mat.

Lotharius rebus in Saxonia compositis, arma vertit in Conradum & Fridericum Sueviae Duces; nam toto Imperio ad ejus nutum obsequente, exterisque domitis, hi duo Imperij hostes adhuc obvolitabant turbulentis animis. Quare Imperator Sueviam cum exercitu ingressus, Ulmae admovet copias, tantaque clade per Sueviam grassatus est Imperator, juvante cum primis Henrico genere, ut duo illi regni aemuli, ad extrema redacti, mitiora consilia & gratiam Imperatoris respicere coeperint; quod nullibi tutos consistere permetteret Imperator, & ipsi se, quod diris constricti tenerentur, ab omnibus deserere conspicerent.

Confir-
matur
fundatio
Cœnobij
Clahol-
tani.

Hoc interim anno Cœnobium Claholtanum ordinis Præmonstratensium, quod ante biennium in diœcesi Osnabrugensi conditum erat, Lotharij Imperatoris auctoritate probatur. Tabulae ab ipso D. Nortberto Archiepiscopo Magdeburgensi, & Archicancellario Imperij consignatae: quibus memoratur, Rudolphum à Steinvort Westfalicae nobilitatis præpotentem virum, cum consensu fratrum heredumque Ludolphi & Udonis, ad ea contulisse bona sua. Testes qui subscripsere notantur Wernerus Monasteriensis, Siwardus Mindensis, Thietardus Osnabrugensis, Gerhardus Cardinalis, & Anselmus Babenbergensis Episcopus: ex Comitum ordine Albertus à Ballensted, Fridericus Palatinus à Summerisburg, Hermannus à Calvenlage, Adolphus de Monte, Gerhardus ab Honstade: e nobilitate Wigboldus ab Holte, Hermannus à Bosenlage uterque cum filijs, Hermannus præterea de Lippia, Wigboldus ab Holte cum Bernardo filio, Ludolphus à Steinvorde una cum Rudolpho fratre, Franco à Despenheim, ac fratres ejus Luithardus, Wernerus, Anselmus. Tertio ordine ponuntur Ministeriales, Thiemarus à Dulmen, Hermannus à Lair, Wernerus à Bueren.

Vita D.
Nortberti,
Orsberg.
Chron.
montis se-
reni.
Mors D.
Nortber-
ti.
Henricus
Streuendorf
in Archi-
ep. Magd.

Hac Claholtani Cœnobij fundacione haud multum superstes D. Nortbertus, viii Idus Junij obiit. Sidus Germaniæ, & columnen religionis, mirifice à D. Bernardo, cui familiaris vixit, commendatus; nec aliorum elogijs hic opus, cujus viri labores, & sanctimoniam miracula & res gestæ loquuntur. Corpus Magdenburgi in Ecclesia B. Virginis, in qua sui ordinis religiosos viros introduxerat, ante aram principem est humatum. Haud multo post excessum Nortberti Imperator Magdenburgum accessit, & festum Apostolorum Petri & Pauli istuc celebravit; quo præsentem, una totius cleri consensione, Conradus Comes Querfordensis, idemque Canonicus Magdenburgensis Collegij, delectus Episcopus, approbante Imperatore, jam ante Nortbertum designatus. Ceterum Nortbertus anno dehinc Christi 1582 à Gregorio XIII Pontifice in Divorum tabulas relatus. Ossa sanctissimi viri, nostra demum memoria, anno 1628 à Joanne Quistenbergio Abbate Præmonstratensi reperta in sarculo ad chori gradus,

Cujus
SS. ossa
transfe-
runtur
Pragam

das, unà cum aurea crucis effigie, annulo, alijsque sacris ornamentis; anno
 ea cum inter heterodoxos neglecta jacerent, actum cum magistratu ^{1628.}
 Magdenburgensi, à quo ægrè tandem per Alringerum impetrata:
 inde Pragam transvecta, magnoque Cœlitum honore condita sunt in
 Abbatia Strohoviensi. Familiare Nortberti dictum fuit: Vixi in au-
 la, vixi in Monasterio, vixi in dignitatibus, nihil stabile usquam reperi,
 quam vivere in Christo, & nihil, præter Deum, amare. Intima cum
 hoc Apostolico præfule familiaritas fuit Bernardo Episcopo nostro,
 quocum in Italiam iter suscepit, & in multis publicis privatisque
 congressibus versatus est. Haud minor ejus felicitas venisse cum D.
 Bernardo in familiaritatem; ut ab his duobus sanctissimis viris illi
 pietas, amorque in religiosos homines inhæsit, quibus tria per suam
 diocesis Monasteria post condidit, quorum postremum Hardehufan-
 num fuit ordinis Cisterciensium ex ipso D. Bernardi instituto, de quo
 suo loco memorandum.

Annus Christi 1135.

Innocentij II Pont. 6.
 Lotharij II Regis 11. Imp. 3.
 Bernardi I Ep. Pad. 8.

Lotharius Imperator postquam Spiræ, ut Dodechinus tradit, Princi-
 Natalem Christi celebrasset, anno in sequenti Bambergam accessit ad
 conventum Principum, qui Dominica ante Quadragesimam, xvi
 Calend. Aprilis, omnium regni ordinum accessu istic frequens fuit.
 Actum ea die de reconciliatione Friderici & Conradi cum Impera-
 tore; & verò cum per id tempus D. Bernardus magnæ auctoritatis
 esset apud Imperatores & Principes, & oraculi instar audiretur ab
 omnibus, Fridericus & Conradus eo patrono usi Cæsaris clementi-
 am impetrarunt: & ille postquam Principum animos ad concordi-
 am permovisset, facile etiam æmulis regni veniam ab Imperatore
 impetravit. Inde ad pacem domi forisque firmandam Magdenbur-
 gi rursus festo Pentecostes comitia regni indicta: ad quæ Udalricus
 Dux Bohemorum, & Legati Boleslai Ducis Polonorum, & Gode-
 fridi Ducis Lovaniensis: legati præterea Regis Ungariæ, terrore per-
 culsi, cum Danorum & Sclavorum accesserent, quibuscum de ordine
 transactum ex judicio Imperatoris & Principum. Aderat & à Græcis
 Legatus Dux & Episcopus, cum oratoribus Ducis Venetorum, que-
 sti adversus Rogerium Siciliæ Comitem, quòd Græcis Africam Pa-
 ganorum subsidijs eripuisset, Venetias spoliasset, Apuliam & Cala-
 briam Imperio Romano subtraxisset: tanta Lotharij nominis cele-
 britas erat, ac licet Polonorum Legati cum multis muneribus ob-
 viam processerint Imperatori, non prius tamen in conspectum ad-
 missi sunt, quam tributum xii annorum, quod D. librarum auri po-
 scebatur

Princi-
 pum
 Bamber-
 gæ con-
 ventus, in
 quo Du-
 ces Sue-
 viæ, ope-
 ra D.
 Bernardi,
 Lotha-
 rio se sub-
 miserunt.
 Chron.
 Hild.
 Otto Fri-
 sing 1. 7c. 19.
 Chron. Ab-
 bat. Mont.
 Sereni.
 Chron. Be-
 gan.
 Alter
 Princi-
 pum con-
 ventus
 Magden-
 burgi ce-
 lebratus.

sciebatur, ad singulos annos perfolverent, ac juramentum dicerent, Pomeraniam & Rugiam se beneficio Cæsaris tenere, Imperijque clientes sese ad omnia Cæsaris obsequia & obedientiam profiterentur. His præstitis, jussus est Boleslaus Poloniae Dux Imperatori procedenti in publicum præferre gladium; id quod superiori anno fecerat Danorum Rex. At ubi nunc illa majestas Imperij, quæ Lothario Imperatore Carolum M. & Ottonem M. ceterosque magnanimos & gloriosos Cæsares repræsentabat? Tertius dein Imperij conventus Mulhusij festo D. Michaëlis die celebratus; ad quem Fridericus & Conradus Duces postulati accessere, non prius in gratiam recepti, quam Conradus Regis titulum poneret, & ambo provoluti ad pedes Imperatoris veniam deprecarentur, & fidem jurarent. Tum demum à Conrado Magdenburgensi Archiepiscopo anathematis vinculo absoluti, & in societatem Ecclesiæ admissi. Hæc, quæ ab Ottone Frisingensi, ac ceteris, qui cum hæcenus secuti sunt, perturbatè traduntur, secundum ordinem temporum & conventuum referre placuit; nec aliena à nostro instituto, quando his comitijs Bernardus Episcopus noster inter Episcopos Saxoniae, & Principes regni confedit; qui & hoc anno beneficis in Hamukonem Abdinghovanum Abbatem, controversas cum Widekindo Swalenbergenfi Comite ac nepote suo decimas, remisso, quod Comes habebat, jure, impetravit, aliaque dona, consignatis tabulis, sua liberalitate adjecit.

Litteræ Abdinghov.

Lotharius verò Imperator sub id tempus congregationem Canoniarum Virginum, quam Lutera dixere, Apostolica auctoritate in melioris arctiorisque vitæ Cœnobium commutavit, introductis ex familia D. Benedicti religiosi viris, quos ex Cœnobio S. Joannis Magdenburgi cum Everhardo Abbate evocavit; eoque simul in loco haud procul Brunswigo tanquam brevis vitæ admonitus sepulchrum delegit. Inde à funere ejus Regalis Lutera appellatur.

Annus Christi 1136.

Innocentij II Pont. 7.

Lotharij II Reg. 12. Imp. 4.

Bernardi Ep. Pad. 9.

*Otto Eri-
sing.
Chron.
Hild.*

Postquam omnes domi forisque hostes, aut felicitate armorum, aut terrore majestatis compresserat Lotharius; annum proximum à Christo nato M^cxxxvi, Imperiumque in summa tranquillitate habuit: præterquam, quòd Sclavi in Saxoniam irrumperè ausi; quos tamen Adelbertus Marchio jussu Imperatoris statim cum clade reject, terramque eorum ingressus, rebelles spolijs & ferro ad obsequium reduxit. Ipse Imperator, quocum aureum sæculum renasci visum, omnes curas in firmandam pacem, justitiæ leges, & religionem exornandam convertit. Quam in rem Aquisgranum conventum

Principum,

Principum, ad Lotharingæ, Belgicæ, Frisiæque provincias ordinandas adiit; quod Episcopi, Principes, & Marchiones, Comitesque testantur, qui Nivellensis Ecclesiæ tabulas per id tempus consignârunt. Reflexo dehinc per Rhenum itinere, Saxoniam repetijt; ac tanquam suprema vitæ sibi brevi imminere, injecto cœlitus lumine, intelligeret, Ducatum Saxonix, Westfalix, & Angariæ Henrico genero, Duci Bavariæ, in manus tradidit. Amplum tot provinciarum patrimonium. Et Henrico hoc anno filius ac heres natus, Henricus cognomento Leo, qui festo Pentecostes baptismatis undis ablutus est, sæpe nobis memorandus.

Mense Augusto Lotharius Corbeix apud nos ad Visurgim, antequam iter Romanum ingrederetur, versatus, Bernardum Episcopum nostrum sibi præsentem habuit, invitaturus ad alteram in Italiam profectioem, nisi ruinis Basilicæ & urbis instaurandis occupatum vidisset; ad cuius tamen & Widekindi fundatorum preces præclaro quoque diplomate Cœnobium Mariæ recens ceptum confirmavit, quod hic vel ad memoriam tanti Imperatoris, ac præclari præfulis reddere intererit.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Lotharius divina favente clementia tertius Romanorum Imperator Augustus. Cum omnium studia pro institutione religionis et servitii Dei inchoata amplecti et promovere debemus, et ipsorum devota studia juvare et imperiali assensu corroborare. Proinde tam futurorum quam presentium noverit industria, qualiter fidelis noster Widekindus Abbatiam in loco, qui vocatur Monasterium sanctæ Mariæ, in sua fundavit proprietate, instituens ibi vitam Monachorum secundum regulam S. Benedicti, ipsam Ecclesiam cum omnibus oblatiis seu adhuc offerendis Deo et Matri ipsius delegando. Cujus studium Bernhardus Paderburnensis Episcopus venerabilis pari amplectens affectu hujus institutionis offerendo non minus sua studiosus cooperato extitit. Utriusque itaque devotionem imperiali auctoritate nostra confirmando approbantes præcipiendo jubemus, ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes. Nulla denique magna parvæque persona in his concessis præfatam Ecclesiam devestire, inquietare, aut molestare præsumat. Si quis vero contra hæc, quod non credimus, præsumpserit, centum libras auri, medietatem Camera nostra, et medietatem eidem componat, Ecclesie. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius custodiatur, presentis decreti paginam sigilli nostri impressione insigniri jussimus. Datum anno Incarnationis Dominice M C X X V I, Indictione XIII, pridie Non. Augusti Anno vero regni Regis Lotharij undecimo, Imperij quarto. Actum Corbeæ in Christi nomine feliciter Amen.

Post illustre hoc Monachorum Cœnobium constitutum, Bernardus Episcopus alterum adjecit sacrarum Virginum, secundum idem D. Benedicti institutum, idque in monte Jburg molitus est: sive id jam primitus, ut Bernardus in literis suis scribit, sit inchoatum (de quo tamen nulla nobis monumenta suppetunt) sive, quod verisimilius reputo ex posterioribus literis, ad annum Christi 1142

Mirans in
Not. Belg.
c. 147.
Helmold l.
1. c. 54.
Alberti
Stad.

Lotharius
confirmat
fundationem
Cœnobij
S. Mariæ.

Initia
Monaste-
rij Iburg-
gensis,
Gerdenfi
postea
conjun-
cti.

recitan-

recitandis, ab ipso Bernardo cœptum sit in monte Iburg, quando & fundus ex consensu Beatricis Herifienfis Abbatisſæ, quæ Lothario Imperatore, & Conrado Rege vixit, comparatus aſſeritur. Nunc cœpti hujus Cœnobij exordia, quod poſtea Gerdenſi conjunctum eſt, ex iſtis Bernardi Epifcopi literis recitemus.

In nomine ſanctæ et indiviſæ Trinitatis. Bernardus Dei gratia Patherbornenſis Epifcopus. Quoniam tempora, quæ ſanctus Apoſtolus ventura prædixit, jam veniſſe timemus, cum dixit, erunt homines ſe ipſos amantes. Unde ſæpius accidit, quod hi, qui inquiete mentis Deo ſerviunt, ab importunis hominibus injuſtè turbantur, officij noſtri cura nos admonet, cunctis Deum diligentibus ſollicitudinem paſtoris impendere, his tamen præcipuè, qui noſtro regimini ſpecialiter commiſſi ſunt, non ſolum de præſentibus ſed et de futuris, quæ provenire poſſunt, in commoditatibus, auctore Deo removendis diligentia circumſpectiori invigilare. Eapropter notum eſſe volumus tam præſentis quam futuri temporis Chriſti fidelibus, qualiter puſillus adhuc ancillarum Dei grex, qui primitus in monte Iburg congregatus fuerat, et ab Eccleſia in Herſſe locum et bona Eccleſiæ in monte Chriſto ibi ſervulantibus proſutura perceperat. Poſtea autem ſaniori conſilio in locum, Gerdenſem tranſmigravit, ac juſte privilegium poſſeſſionis loci prioris obtinuit, quamvis habitationem dictante neceſſitatis ratione mutaverit. Nos itaque ſecuritati jam dicti ancillarum Dei Collegii, providentes pro remedio animæ noſtræ et parentum noſtrorum, et pro cavendo, quod ſuccedere poſſet, injuſto gravamine curam Eccleſiæ in prædicto monte ab omni poteſtate cuiuſlibet Archidiaconi, conſilio et conſententia totius Eccleſiæ Patherbornenſis abſolvimus. Et ut Deo in Gerdenſi Monafterio ſervientibus moleſtæ occaſio tolleretur, Præſbitero Cœnobii illius excluſa Clericorum vel Laicorum poteſtate eam aſſignavimus. Ut igitur hæc noſtra ordinatio in omnia poſt futura tempora rata et inconcuſſa permaneat, auctoritate Patris, et Filii, et Spiritus ſancti, et ſanctorum Apoſtolorum Petri et Pauli eam confirmamus, et præſentem paginam hanc noſtri, et ſigilli noſtri impreſſione munitam eorum etiam, qui infra nominati ſunt, teſtimonio conſcribi fecimus. Teſtes Weno Præpoſitus majoris Eccleſiæ, Rembertus Præpoſitus Sancti Andree, Almarus Decanus, Ekbertus, Lentfridus, Bernbardus, Evergiſus. Meinricus Canonici majoris Eccleſiæ. Hameko Abbas ſancti Pauli, Lambertus, Monachus. Laici Widikindus de Swalenberg, Hermannus de Lippia, Thetmarus de Buren, Wernerus de Brack, Heinrichus Comes, Adelbertus de Rikesvigh, Luidoldus de Oſſa-geheim, Conradus Stapel, Uſſo, Anshelmus, Eilbertus, Coto Burgenſes, Cono dives. Acta ſunt hæc anno Domini Milleſimo centeſimo triceſimo ſexto, regnante Lothario Romanorum Imperatore, anno regni ipſius XII Imperii autem IIII. Datum Patherbornis duodecimo Calend. Aprilis.

Castrum Iburg, ad quod Virginum hoc Cœnobium antiquitus conſtrui cœpit, in jugo montium Teutonicorum ſitum, unum inter vetuſtiſſima Saxonum caſtra à Carolo M. expugnatum, quod barbaræ gentes in abrupto & præcipiti montis vertice conſtruxerant, ad quod unus tantum acceſſus ex plano montis patet; ideo latus hoc barbari muro prægrandi, tum duplici foſſa, altoque vallo præmu-

præmunierant, fatis hodie dum id rudera commonstrant. Carolus tione ce-
 everfo castro locum, quantus circum explicatur per nemora & agros, lebre.
 Hathumaro primo Episcopo nostro dedit. Quemadmodum hæc
 Ferdinandus Episcopus eruditè in monumentis nostris retulit. Priori
 nomine mutato, nunc Driburg dicitur, seu quod locus postea com-
 munitus, & triplici munimento inclusus fuerit; ut quod prisca Iburg,
 posteri Driburg dixerint: seu id vulgi appellatione invaluerit. Ha-
 bent & Osnabrugenses vetus castrum Jburg, à Caroli, ut volunt
 ævo, & celebre etiam Episcopi sede; sed nostrum ex antiquioribus
 monumentis Scriptorum id nomen sibi vindicat. Quemadmodum
 hæ Bernardi Episcopi tabulæ, & quas ad annum 1142 proferemus;
 tum aliæ complures ejusdem Episcopi literæ, anno cum primis 1138,
 anno 1153, alijsque temporibus datæ, commonstrant, quibus cele-
 brem hunc antiquitatis locum Jburgum vocat, nomine haud dubio
 à Caroli M. temporibus constanter servato: præterquam, quod tur-
 res, fossæ, valla, & validi munimenti vestigia apud nos etiamnum
 aspiciantur, secus quàm Osnabrugenses monstrare possunt. Acce-
 dunt Gobelinus, Crantzius, Cleinsorgius, alijsque Saxonix Scripto-
 res, qui Jburgum vetus è Caroli M. ævo monstrant in dicecesi nostra
 Paderbornensi, & hoc ipso, quo diximus loco, atque ex ipsa Caroli
 donatione Hathumaro facta. Bernardus Episcopus, cum, Lothario
 Imperatore, tanquam altero Carolo, Christi religio floreret, hunc
 locum in quo Christi religio primum triumphavit, Collegio Virgi-
 num, cultuque pietatis exornare voluit. Nec Lothario quicquam
 jucundius, quàm Paderbornæ, vicinisque locis prisca Caroli monu-
 menta lustrare, per cujus vestigia religionis, felicitatisq; ire visus est.

Annus Christi 1137.

Innocentij II Pont. 8.
 Lotharij II Regis 13. Imp. 5.
 Bernardi I Ep. Pad. 10.

Lotharius cum anno superiori in omnibus Imperij conventi- Altera
 bus de secunda in Italiam expeditione constanter egisset, imploras- Lotharij
 setque omnium Sacerdotum & religiosorum hominum per Cæno- in Italiam
 biapreces; sub exitum Augusti cum instructissimo exercitu, ex Sax- expedi-
 onia & Germania collecto, movit; quod magnopere sollicitaret ejus- tio, quâ
 opem Innocentius Pontifex adversus Petrum Leonis schismaticum Innocen-
 Pontificem, ac Rogerium Siciliae Tyrannum. Imperatorem comi- rij Pont.
 tati tres Archiepiscopi, Bruno Colonienfis, Albero Trevirensis, & hostes
 Conradus Magdenburgensis. His se junxere Episcopi, Albero Leo- subacti.
 diensis, Andreas Trajectensis, Anselmus Halberstadiensis, Henricus Otto Fri-
 Tullensis, Henricus Ratisbonensis. Magna præterea procerum Prin- sing.
 cipumque multitudo affectata Imperatorem; supremus ex his mili- Ursberg.
 tæ Sigonim.

Bbbbb

tia praefectus Henricus superbus Bavariae Dux, Lotharij gener, &
 Conradus Sueviae Dux ex aemulo regni Lotharij amicus. Lustrato
 exercitu, per alpes Tridentinas factum iter. Magnus inde per Italiam
 terror ex fama tanti apparatus, & felicissimi belli procurfus, quem
 multis Sigonius atque Itali Scriptorum tradunt. Nos paucis ex Otto-
 ne Frisingensi, & Ursbergensi, ac nostris complectamur. Ad primum
 ingressum castrum Gardiae expugnatum; quo in deditionem acce-
 pto, Imperator ad Padum progressus, Caristallum cepit. Ibi Medio-
 lanenses ac Cremonenses diuturno bello inter se digladiantes obvios
 habuit; auditisque singulis, Cremonenses damnati, interque hostes
 Italiae proscripsi sunt; quos Imperator consecutus, Castella & Op-
 pida eorum evertit. Inde Papiam progressus, cives pactione pecuniae
 in gratiam suscepit. Bononienses & Aemilienses, qui in priori exp-
 ditione Caesarem despexerant, supplices admisit, ignovitque ad ge-
 neri preces, ita Taurinum usque procedens omnes civitates, & castra
 in deditionem accepit. Tum vero post comitia Principum Ronca-
 lijs acta jus prisco more dictum, itumque Ravennam ad hiberna, con-
 sultatumque per hyemem de bello per Apuliam & interiorem Itali-
 am adversus Pseudopontificis factionem & Rogerium Tyrannum
 proferendo. Sub initium veris exercitus ex hibernis evocatus, divi-
 susque in partes: cum altero Imperator in Apuliam, cum altero Hen-
 ricus gener in Campaniam & Tusciam progressus, Beneventum ur-
 bem, in quam Rogerius Tyrannus viginti millia militum infuderat,
 commisso praelio expugnat, & Innocentio Pontifici restituit, quocum
 ad Lotharium Imperatorem in Apuliam est digressus, Barij tum oppu-
 gnationi insistentem. Quae urbs paulo post capta cum arce, & quin-
 genti praedones saraceni ex praesidiarijs in furcam acti. Inde junctis vi-
 ribus Trojam, Garganum, Sipontum, Barulum ceteraque Oppida &
 munimenta expugnant; ejectoque ex tota Apulia Rogerio, provin-
 ciam Pontifici asserunt. Apuliae impositus est Radulphus, homo Ger-
 manus; Capua Roberto reddita. Bellum id cum primis pro Apo-
 stolica sede susceptum; quod in eas beneficiarias provincias Roge-
 rius Tyrannus a Pseudopontifice imploratus immisusque esset, Pon-
 tificatus sui stabiliendi causa. Tanta id Lotharij gloria est gestum, ut
 Otto Frisingensis libere scribat, post Carolum M. nullum Francorum
 Regem tam praecleara pro Apostolica sede perpetrasse. Consilium erat
 Lothario Siciliam invadere, ex eaque Rogerium depellere; sed mili-
 te reditum in Germaniam orante, ipse cum Pontifice Romam ingres-
 sus est. Ac postquam urbem pacatam Pontifici tradiderat, per He-
 truriam & Lombardiam iter quoque in Germaniam intendit; dela-
 tus vero in vallem Tridentinam, repente adversa valetudine corripit-
 tur. Inde postquam ad sylvam, quae Lycum ab Aeno dividit, perven-
 tum est, inter Sacerdotum manus ac preces apud castrum Ducis Bo-
 jariorum

Lotharij
 obitus.
 Dodechin.

jarioru
 anno r
 galis L
 tat; fa
 bit.
 Corpu
 depor
 ter He
 relatu
 auxera
 niam,
 pta, &
 moria
 que su
 bea ap
 L O T
 I M I
 A N N
 A U T
 C H
 C O M
 T E
 S A I

omni
 genfer
 quam
 in arm
 ritatis
 per tot
 rogat
 liae G
 Lomb
 volui
 gibus
 Canc
 fit. C
 ejus v
 temp
 cerdo
 itaqu
 erat,

jariorum, in villa Bretina, seu ut alij, in vilissima casa, excessit à vita anno regni xiii, imperij v, tertio die Decembris, ut in Epitaphio regalis Lutræ notatur, quem etiam diem Chronicon montis sereni notat; falliturque Dodechinus, qui III Calend. Decembris obiisse scribit. Insignia Imperij Henricus gener Dux Bavarix tulit servanda. Corpus per Augustam urbem ac Franciam Orientalem in Saxoniam deportatum, conditumque in Cœnobio Lutræ regalis, quod est inter Helmstadium & Brunswicum, quodque ipse Imperator, ut supra relatum est, introductis religiosiis viris, sepulturæ locum delegerat, auxeratque regia liberalitate. Res ab eo gestæ ad posterorum memoriam, quod Otto Frisingensis scribit, in plumbeis laminis sunt descriptæ, & sepulchro inclusæ. Nec fallit hic auctor, quando nostra memoria, anno videlicet MDCXVIII, Mausolæum apertum, inventaque sunt ossa panno serico rubri coloris involuta, tabulaque plumbea apposita cum hac inscriptione.

LOTHARIUS DEI GRATIA ROMANORUM
IMPERATOR AUGUSTUS REGNAVIT
ANNOS XII, MENSES III, DIES XII, OBIT
AUTEM II NONAS DECEMBRIS. VIR IN
CHRISTO FIDELISSIMUS, VERA X,
CONSTANS, PACIFICUS, MILES IMPER-
TERRITUS, REDIENS AB APULIA
SARACENIS OCCISIS ET EJECTIS.

Sanè verò magnus Imperator, à pietate & armorum gloria ab omnibus Scriptoribus commendatus. Quo vivo, uti apud Ursbergensem Scriptor quidam, & cum eo ipse Ursbergensis. *Imperium nunquam vacillare potuit, Erat enim vir ille strenuus belli ductor, præcipuus in armis, providus in consilio, terribilis inimicis Dei et sanctæ Ecclesiæ, veritatis amicus, justitiæ acerrimus defensor, iniustitiæ vindex, cujus probitas per totam Saxoniam spectata.* Eo auctore jus civile, quod Wernerius, rogatu Mathildæ, secundum Justiniani præscripta digesserat, in Italiæ Gymnasijs, maximè verò Bononiæ renovari cœptum: & in Lombardia Italiæ populos secundum jus civile Romanum tractari voluit; cum antea iudices alij Longobardicis, alij Salicis, alij alijs legibus uterentur. Hoc Imperatoris studio excitatus Gratianus, jus Canonicum ex decretis Pontificum & SS. Patrum sententijs digessit. Quare sago non minus, quàm toga clarus Imperator. At sacras ejus virtutes illustrius commendat Petrus Diaconus, æqualis eorum temporum scriptor, *quod sub imperii chlamyde cœlesti militaret Regi, Sacerdotes honoraret, ut Patres, pauperes fovaret ut filios, viduas ut matres, itaque singulis emmeret virtutibus, ut omnes perfectè haberet.* Pius illi mos erat, etiam in omni expeditione bellica, tribus quotidie sacrificijs

Bbbbb 2

Missæ

Missæ interesse; quorum primum diluculo pro defunctis, alterum pro salute exercitus, tertium pro se & familia offerri voluit, eique ante prandium cum solemnī liturgia intererat: visusque est inter orandum sæpe uberes lacrymas fundere, pauperum lavare pedes, abstergente Richeza Imperatrice, ijs cibum & potum suis manibus præbere, viduarum, pupillorum & oppressorum & Ecclesiæ causas ante omnes politicas regni curas habere. Cum Cassinense Cœnobium una cum Richeza conjuge inviseret, uterque pedes montem conscendit, ac nudis ipse Imperator pedibus Ecclesiæ altaria, & loca sacra ob venerationem D. Benedicti obire conspectus. Quæ Imperator & Imperatrix hoc accessu munera ad altare obtulerint, multis exponit Petrus Diaconus, qui se hæc omnia coram observasse memorat. Nec D. Henrici modò, sed omnium Saxonum Regum ac Imperatorum pietatem erga D. Benedictum locique sanctitatem spirare visus; quòd ex eo cœnobio frequentissimum ordinem per Italiam, Galliam, Germaniam, Saxoniam; & disciplinam formamque religiosa vitæ, tanto religionis bono, & innumerabili Sanctorum virorum multitudine, propagatam intelligeret. Quare Lotharius, ut idem auctor refert, nunquam à consortio Episcoporum & Abbatum avelli voluit. Paucis Helmoldus presbyter principatus encomium complexus, cum Lothario, inquit, novam Imperio lucem obortam fuisse, rediisseque tranquillitatem temporum, abundantiam omnium rerum, pacem inter regnum & Sacerdotes, florem christianæ religionis. Neque facile post Carolum M. & Ottonem Imperator religione, virtute, & belli fortitudine major; longè etiam major futurus, nisi mors, uti Otto Frisingensis perhibet, florentissimum Imperij cursum abruptisset. Omnem hanc felicitatem consecutus est, quòd Apostolicæ sedis defensionem, Caroli M. aliorumque gloriosissimorum Imperatorum exemplo, tam sincero animo & veneratione suscepit. Quare inter quatuor è Saxonica gente Imperatores, tres videlicet Ottones & Henricum sanctum, ipse quintus, nulli post Ottonem M. secundus: omnes Apostolicæ sedis, & Romani Pontificis fidelissimi defensores, qui sibi post Francorum Reges primam jure gloriam deposcunt.

Egnatius l.
2. in Lothario.

Uno tantum Imperator infelix, quòd tantarum virtutum, tantarumque possessionum parens, nullum heredem filium reliquerit. Unde ab excessu ejus statim perniciofa his orta inter Henricum superbum generum, & Albertum Ballenstedium, cognomine Ursum de Saxonie Ducatu; ambo licet à duabus Sororibus & Magni ultimi Saxonie Ducis filijs geniti fuerint. Majori tamen luctu Saxoniam Germaniamque implevit mortis ejus nuncius, quòd fontem tranquillitatis & felicitatis Saxonie una cum Imperatoris vita claudi timerent.

Sustulic

Sustulit & hic annus duos Archiepiscopos, Brunonem Coloniensem ad obsidionem Barij in Apulia, & Adelbertum Moguntinum, virum excelsi animi, & præclare de Lothario, Imperio, & de religione meritum, post cujus obitum urbs Moguntina cum Basilica Cathedrali conflagravit.

Dodechin.
Chron.
Hild.
Mogunt.
annal. &
hisor.

Inter hæc Bernardus Episcopus noster in reparandis incendijs ruinis, & exornandis religiosorum Cœnobijs occupatus, hoc anno, quem decimum Episcopatus sui scribit, publicis literis commutationem honorum inter Volcmarum Corbeiensis & Hartwigum Flechtorpensem Abbates factam pontificali auctoritate Nonis Julij ratam habet. Multis eæ literæ testibus ex clero, nobilium & ministerialium numero, consignatæ. Sed longè illustriori beneficio Bernardus Episcopus noster complexus Monasterium S. Mariæ, cui ab Innocentio II pro ea, qua apud Pontificem valebat gratia ex superiorum annorum meritis, honorificam confirmationem impetravit. Ad quod Pontifex eo pronior fuit, quòd Bernardum una cum Comite Swalenbergensi ejus Cœnobij conditorem acceperat. Literæ Apostolicæ sic habent.

Ex Arch.
chiv. Flecht.
orp.

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei, dilectis filiis Monachis Monasterii Swalenbergensis tam presentibus quàm futuris in perpetuum. Sacrosancta Romana Ecclesia, quæ per Beatum Petrum Apostolorum principem Ecclesiarum omnium primatum obtinuit, omnibus ejus suffragio indigentibus subvenire misericorditer consuevit. Dignum est enim, ut qui ad animarum regimen assumpti sumus, eas et à pravorum nequitia tueamur, et Beati Petri patrocinio muniamus. Quocirca dilecti in Domino filii vestris desideriis impartimur assensum, et Swalenbergense Monasterium à nobili viro Widekindo in honore Beatæ Dei genitricis fundatum, atque consilio et assensu gloriosi filii nostri Lotharii Romanorum Imperatoris Augusti, nec non bonæ memoriæ Fratris nostri Adelberti Moguntini Archiepiscopi regimini Paderbornensis Ecclesiæ ab eo pro sua devotione oblatum, presentis scripti pagina communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quacunque bona ex dono Fratris nostri Bernardi Paderbornensis Episcopi, vel ejusdem Widekindi, idem locus in presentiarum canonice possidet, quacunque etiam concessiones Pontificum, largitione Imperatorum, vel Principum, seu quorumlibet oblatione fidelium eidem venerabili loco rationabiliter offerri contigerit, firma vobis in perpetuum et illibata permaneant. Obeunte vero ejusdem loci Abbate nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem Fratres ipsius Monasterii communi assensu, seu Fratrum pars consilii senioris, secundum Dei timorem, et Beati Benedicti regulam providerint eligendum. Advocatumque nisi per electionem, atque providentiam Abbatis et Fratrum ibidem constitui omnimodis prohibemus. Decernimus ergo, ut nulli omnino liceat vestrum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare,

Bernardus Ep.
ab Innocentio
Pont.
confirmatio-
nem Mo-
nasterij
S. Mariæ
impetrat.

gare, sed omnia integra conserventur vestris usibus profutura. Si verò, quod absit, Advocatus, qui in vestro Monasterio pro tempore fuerit, inutilis apparuerit, liceat vobis loco eius alium idoneum substituere ad honorem et utilitatem loci vestri. Quod si Episcopus in cuius diocesi vestrum Monasterium situm est, temerè vos in aliquo gravare voluerit, facultatem liberam habeatis ad auxilium Matris vestre Ecclesie Romanae confugere, utpote, qui sub eius speciali protectione consistitis. Si quis igitur in posterum huius nostre constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertioque communitus, si non presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui periculum patiatur, et à sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Conservantes autem eidem loco, quæ sua sunt, Omnipotentis Dei et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli gratiam consequantur. Amen. Amen. Amen. Ego Innocentius Catholice Ecclesie Episcopus. Ego Drogo Ostiensis Episcopus. Ego Guido Diaconus Cardinalis Sancti Adriani. Ego Anselmus presbyter Cardinalis. Ego Gerhardus presbyter Cardinalis sanctæ Crucis in Jerusalem. Ego Grisogonus Diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in porticu. Ego Lucas presbyter Cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli. Ego Martinus presbyter Cardinalis Sancti Stephani. Datum in territorio Romano per manum Innocentii sanctæ Romanæ Ecclesie Diaconi, Cardinalis et Cancellarii, sexto Nonas Octobris, Incarnationis Dominicæ anno MCXXXVII, Indictione I, Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ secundi anno octavo.

Quibus verò commutatio bonorum Cœnobij Flechtorpiensis comprobatur, literæ Bernardi Episcopi nostri hæc sunt.

In nomine sanctæ et indivisæ Trinitatis, Bernhardus divina favente clementia Paderbornensis Episcopus. Divinarum scripturarum auctoritate frequenter moniti, paupertati fidelium Christi consiliis et auxiliis infatigabiliter adesse decrevimus, scientes ratum nostre salutis emolumentum fore, res ipsorum labore contractas per nostre humilitatis auctoritate roborari. Notum igitur facimus caritati omnium tam futurorum quam presentium Christi fidelium communi consilio, et unanimi totius Ecclesie nostre consensu, factam esse inter D. Volmarum Corbeyensis Ecclesie Abbatem et D. Abbatem Hartwigum in Elictorp commutationem vid. in decima, quæ est super omnes ejusdem ville mansos, et in uno Vorverch sito in villa, quæ vulgari appellatione vocatur Nieterevengambeke, addito uno mancipio et sexaginta jugeribus cum area. Hujus autem curiæ redditus æstimantur ad duo talenta, et solidos quinque, quo superbundantius prædictæ decima precium solidorum restitueretur. Hujus autem concambii summa hæc est, ne fratres inibi Deo monachica quiete famulantes ab exactionibus et gravaminibus decimæ, vel commutatione precii, vel qualibet alia fatigatione turbarentur. Providentes etiam ne quis Successorum nostrorum aliquid pro recognitionis gratia ab Ecclesia in Elictorp pro decima sic conquesta sibi exigat exhiberi, statuimus eundem

dem

dem haberi respectum in predicto Vorverh, quem in decima ante factam commutationem Ecclesia nostra semper habere consueverat. Et ut hæc commutatio præmemorati Vorverh pro decima rata et inconvulsa maneat in perpetuum, eandem decimam Ecclesie in Flictorp omni pace et tranquillitate in usum fratrum possideat, hanc nostræ auctoritatis paginam conscribi, et sigilli nostri impressione insigniri iussimus; data in publico sententia, ut quicumq; hoc infringere præsumpserit, perpetuo cum fuda traditore anathemate moriatur. Hujus autem commutationis legaliter factæ testes sunt Wino Præpositus, Esicus Præpositus, Reimbertus Decanus, Gernandus, Odelricus, Ranovigus, Cuno, Reiboldus Canonicus. Sifridus Comes, Volowinus Advocatus, Hermannus et Bernhardus, Thietmarus et Bernhardus, Conradus et Robertus, Thietmarus. Ministeriales Cono, Uffo, Adalbrath, Henrich, Hildebold, Landold, Conrad, Berenward, Ecbertus, Henrich, Eiko, Manegold, Johannes, Bertram, Hugo, et alii multi. Data Nonis Julii. Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo trigesimo septimo, Indictione 15, anno autem Domini Bernardi Paderburnensis Episcopi decimo.

Annus Christi 1138.

Innocentij II Pont. 9.

Conradi III Regis 1.

Bernardi I Ep. Pad. II.

Otto Fri-

sing. l. 7.

c. 24.

Ursberg.

Dodechin.

Chron.

Mont. Se-

ren.

Chron. Pe-

gav.

Helmold. l.

1. c. 54.

Albert.

Stadenf.

Trubem.

Cleinsorg.

Robertus de

mome.

Chron. Au-

stral.

Chron. Au-

stii.

Conradus

Sueviae

Dux eli-

gitur in

Regem

Rom.

Alii electi-

onem Con-

radi rejici-

unt in an-

num seq.

Succedit nunc annus Christi M^cXXXVIII, quo ab excessu Lotharij Imperatoris à Principibus Germaniæ agitatum de novo Rege in solium producendo. At duo potentissimi regni æmuli controvertentes, Conradus Sueviæ Dux, & Henricus superbus Bojariæ & Saxoniam Dux, Lotharij gener, qui ob hanc flagrantissimam spem Imperij insignia apud se tenebat. Ardua fuit electio, ex qua post pacem rursus in civilia bella itum, haud levi Saxoniam Germaniamque calamitate. Indicta igitur Confluentiam ad Cathedram S. Petri xxii Februarij comitia studio Adalberonis Trevirensis Archiepiscopi; ad quæ præter Adalberonem convenere Theoduinus Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus, Arnoldus Coloniensis Archiepiscopus tum Brunoni suffectus, Buggo Vangionum præsul, Fridericus Sueviæ Dux, alijque Episcopi, ac Principes, à quibus Conradus Dux Rex salutat. Vel eò ad id proniores fuere, quòd Legatus Apostolicus Apostolicæ sedis assensum promitteret, multique cum Adalberone Trevirensi Archiepiscopo averfarentur Henrici superbi elatos animos, quod ne eligentium quidem gratiam sollicitare dignatus; tanquam aut merito, aut rebus præclare gestis, aut terrore potentiæ fasces ultro in manus venturi essent; eoque etiam insolentior erat, quòd jam Principes aliquot regium illi nomen obtulissent. Quare Confluentiam festinatum; ubi in medio Quadragesimæ à Legato Apostolico inunctus est Conradus. Nam Colonicus, cui id debebatur, quia nondum pallio decoratus

coratus erat, ut Otto Frisingensis scribit, cessit Legato munus. Quinam verò ex Saxoniae Episcopis interfuerint, non reperio; certè Saxones principio huic electioni obstiterè, quòd pro Henrico suo duce facerent.

Pascha deinde Rex Coloniae celebravit, magna Episcoporum & Principum frequentia. Nam cum novo istic Rege fuere Theodwinus Legatus Apostolicus, Arnoldus Coloniensis, Albero Trevirensis Archiepiscopi: Embrico Herbipolensis, Albero Leodiensis, Wernerus Monasteriensis, Udo Osnabrugensis, Stephanus Metensis, Nicolaus Cameracensis, Andreas Ultrajectensis, Rudolphus Halberstadiensis Episcopi. Horum enim nomina constant ex tabulis Ultrajectensis & Aquisgranensis Ecclesiae, quas illic consignarunt: quarum alteris Conradus Rex comitatus Frisiae, Ostergoam & Westergoam, Andreae Trajectensi Episcopo restituit; alteris praedium Aquisgranensibus confirmat. Tabulas Trajectensi Ecclesiae conscripsit Arnoldus Coloniensis Archiepiscopus Vicecancellarius. Fratrem is habuit Hartwigum Flechtorpiensis apud nos Coenobij Abbatem, credunturque Henrico Gelriae & Zutphaniae Comite geniti.

*Heida in
histor. Ul-
traject.
Miraeus
in Not.
Belg. c. 149.
Pontanus l.
6. Gelria.
Gelenius.*

*Otto Fri-
sing.
Dodechin.*

Coloniae Rex Moguntiam digressus, Adalbertum prioris Adalberti ex fratre nepotem electione cleri & populi constituit Archiepiscopum, quo beneficio & hunc sibi devinxit. Ingentes interim iras versabat Henricus Superbus, qui nec ad conventum ullum haecenus venire dignatus, & palam electionem vitio factam aspernabatur. Quare Bambergam festo Pentecostes Rex ad comitia magno splendore, magnoque Principum comitatu perrexit; quò & Saxones cum Richeza Imperatrice vidua magnam partem accessere, novo Regi obsequium & fidem professi. Solus ibi ex Principum numero desideratus Henricus Dux; & quia insignia Imperij in potestate habebat, quae expectabantur tradenda, festo Apostolorum Petri & Pauli Ratisbonae illi dictus dies. Tandem Dux, veritus ne collecta in se omnium Principum ira hostis renunciaretur, Ratisbonam accessit, signaq; Imperij Regi tradidit, in cuius tamen conspectum venire aspernatus est. Quae cum Rex adverteret trahi à praepotente viro in grande malum, Augustam eum evocat; quò & Dux armatus venit, castris ad Lycum positus. Ita per simultates ad arma perventum. Conradus veritus congregari Herbipolim accelerat, ubi in senatu quorundam Principum iudicio Henricus majestatis reus proscribitur. Inde Goslariae per festa Natalis Christi Principum conventus indictus, in quo Henricus utroque Ducatu exutus; Saxoniaeque datus ab Rege Alberto Urso Henrici consobrino, Bavariae Ducatus Leopoldo Marchioni Austriae, Conradi Regis uterino. Mira, inquit Otto Frisingensis, elati Ducis depressio, qui Bavariae Ducatum hereditarium acceperat à patre, Saxoniae à Lothario socero cum amplissimis bonis, Tusciam & Mathildis heredi-

*Henricus
utroque
Saxoniae
& Bava-
riae Du-
catu in
conventu
Goslari-
ensi ex-
iit.*

hereditatem Pontificis beneficio; eaque potentiâ imminebat, ut gloriari solitus, se ab Oceano Germanico ad mare usque Adriaticum porrigere imperium; hic repente omnibus exutus vix reperit, ubi tutus consisteret. Sed hæ rerum humanarum vicissitudines. Quantum Lotharius depressit Suevorum Ducum potentiam, tantum Suevi depressere in Lotharij genero Henrici familiam. Sed jam ante per multi Principes indignè ferebant præter Imperij morem duos ducatus congeri in unum Principem, verebanturque surgentem regiam potentiam, quæ in Henrico Superbo Tarquinius aliquando datura, & Reipublicæ libertatem oppressura esset. Hoc concitato rerum statu per Saxoniam, Wernerus Monasteriensis Episcopus, qui Conrado Regi perpetuus fere hærebat comes, magnifico diplomate exornavit Cappenbergensè Cœnobium, gratus pro beneficio, quo centum & amplius Ministeriales cum prædijs à Godefrido & Ottone fratre Catherale Collegium dono acceperat. Quocirca Cappenbergensè Cœnobium in filiam Monasteriensis Ecclesiæ adoptavit, & in vicem tanti doni datæ Cappenbergensibus Oppidi Wernæ & Ahlenæ parochiæ cum Archidiaconi jure. Mirificè tum ordo ille florebat, & præclari eruditique è Cœnobio illo sumebantur Sacerdotes in subsidium Ecclesiæ, qui parachorum munia docendo obibant.

Quo religionis studio & Bernardus Episcopus noster impensè fovebat Monasterium S. Mariæ, quod multis decimis bonisque dotavit, ut literæ exhibent hoc anno consignatæ. Nam cum per id tempus Parachorum idoneorum esset inopia, agebant Episcopi, ut è Cœnobijs viros eruditos, populi doctores, evocarent in subsidium & exemplum continentis vitæ. Nec minus florentis disciplinæ erat Corbeiensè Cœnobium; in quo cum excessisset è vita hoc anno Volcmarus Abbas, vir præstantis pietatis & doctrinæ, sublectus est Abbas Henricus, frater Henrici Ducis. Vivebatque per id tempus Corbeia Monachus Ludovicus Alberti Urli Saxonie Ducis patruus. Quippe imperante Lothario, novis ubique constructis Cœnobijs, familia Benedictinorum, Cisterciensium, & Præmonstratensium florentissima erat. Dithardum quoque Osnabrugensem Episcopum, postquam Ecclesiam magna constantia & emolumenti laude per xviii annos administrasset, hoc anno obiisse, satis liquet ex Udone Successore, quem supra produximus.

Bollandus in vita Godefridi §. 9. Wernerus Ep. Monast. benefacit Cappenberg.

Uti & Bernardus Ep. Paderb. Monasterio S. Mariæ.

Chron. Mont. Severeni.

Moritur Volcmarus Abbas Corbeiensis.

Et Dithardus Episc. Osnab. Erduvinius in Chron. Osnab. MS.

Annus Christi 1139.

Innocentij II Pont. 10.

Conradi III Reg. 2.

Bernardi I Ep. Pad. 12.

Annus insequens Saxoniam Bojariamque civilibus foedisque rursus bellis involvere coepit. Quæ res Episcopos quoque Saxonie magno-

Otto Frising. l. 7. Ursberg.

Cccce

magno-

Helmold l.
i. c. 34.
Albert.
Stad.
Saxonia
bellis
contur-
bata.

Obitus
Henrici
ducis, cui
filius,
Henricus
cogno-
mento
Leo, suc-
cedit.
Chron.
Mont. Se-
veni.
Albert.
Stad.

Vita Ludo-
vici apud
Brauer.
in Sider. il-
lust.

magnoperè perplexos habuit, quòd incerrum haberent, cui se parti belligerantium adjungerent. Enimvero proscrip̄to Henrico Lotharij genero, Albertus Ursus Saxoniae Ducatum adiit, expugnatoque Luneburgo castro, Bardewicum, Bremam, ceterasque civitates in potestatem redegit, quibuscum tota Occidentali Saxoniam potitus est. Inde prolati trans Albim fluvium armis, Nortalbingiam etiam sui juris fecit, exturbato ex Holsatia Adolpho Comite, fido fortique Christianorum adversus Sclavos defensore; eò quòd juratam Lothario Cæsari fidem Henrico genero integram servaret. Adolphi in locum repositus Henricus Badwidus. Hunc in modum ceteri præfecti castro Sigeburgo, Hamburgo, alijsque locis exturbati, quos Lotharius Cæsar imposuerat. Quibus ad Henricum Ducem in Bavariam perlatis, citatis equis, ac quatuor tantum sociorum comitatu in Saxoniam advolat, Saxonumque auxilijs Albertum e Saxonia depellit, & castrum Lunenburgum subsidio Rudolphi Comitatis recipit. Jam tota Saxoniam intestino bello ardebat; ad quod sopiendum Conradus Rex cum exercitu progressus est in Saxoniam, tracto in societatem armorum Bohemiarum Duce. Interritus ad hæc Henricus Dux, tanta ferocia Conrado Regi ad Hamburgum occurrit, ut non ausus prælio congregi, maluerit pacto cum Henrico foedere, quàm armis transigere; terrebant nimirum Regem pristinae Cæsaris clades à Saxonibus acceptæ. Hoc rerum successu & Saxonum fide elatus Dux tendebat in Bojariam, quam Leopoldus descendentibus ad se magnam partem Bois occupabat; cum Quidelenburgi repentino morbo correptus, 13 Calend. Octob. extinguitur, præbito, ut pleriq; scribunt, veneno. Corpus ad Cœnobium regalis Luterae deportatum, conditumq; apud Lotharium Imperatorem socerum suum. Filium reliquit Henricum cognomento Leonem, ætate quadriennem puerum. Hunc quia vocatis ad fatalem lectum Saxoniarum proceribus commendarat, illi in fidem suscipere, & gentis suae principem, deserto Rege, crearunt. Tutela pueri data Welfo Henrici Ducis fratri; is cum de Saxonum fide esset securus, arma adversus Leopoldum Marchionem, Bavariae impositum, vertit, multumque connisus est hunc Ducatum servare Henrico Leoni nepoti suo. Nec destitit inter varios Bojariae casus, donec à Conrado Rege proscrip̄tus, totius Imperij armis oppugnaretur. Saxones interim, quorum ductores Rudolphus Comes, Fridericus Palatinus, pro tutela pueri concordēs, Bardewicum ceterasque civitates & castra, ejectis Alberti præfectis ex Transalbinia, Adolphum Holsatiae Comitem reponunt; nec ausus est Conradus Rex bello laceffere Saxones; tamen hæc per rebellionem, ut Otto Frisingensis vocat, contra Regis auctoritatem agerentur. Westfalia inter hæc quieta mansit, in qua Ludovicus Arnstenius Comes, permotus Godefridi Cappenbergensis consanguinei exemplo, castrum, quod ad Lonam fluvium incolebat,

incolebatur, in Cœnobium ordinis Præmonstratensium convertit, seque unâ cum Guda conjugè Deo consecravit. Illa prope Cœnobium, ac templum sponte includi petijt angusto in domicilio, ex quo per unam fenestram prospectus pateret: inde sumpto habitu inter Præmonstratenses sanctissimè vitam clausit.

At Bernardus Episcopus noster, cum ubique per totam Westfaliam & Saxoniam florentes religiosorum familias aspiceret, nihil impensius habuit, quàm in perlustranda diœcesi Clericorum mores & religiosorum hominum Cœnobìa ad primum instituti vigorem revocare; cumque Herifienfè Sanctimonialium & Canonicarum Virginum Collegium ad arctiorem vitæ disciplinam deducere cogitaret (ut tum multa ejusmodi Collegia Virginum formabantur ad institutum D. Benedicti, aut Cisterciensium; aut Præmonstratensium) Beatrix Abbatisa, & virgines, quarum pleræque ex prima nobilitate erant, ab Innocentio II. Pontifice omnium privilegiorum confirmationem impetrârunt; id quod hoc diplomate Pontificis constat.

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei. Dilecta in Christo filia Beatrici Abbatisa Heriensis Monasterij, et virginibus sibi in eodem regimine regulariter successeris in perpetuum. Pia voluntatis postulatio debet effectum per sequentem compleri, quatenus devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quapropter dilectissima in Domino filia Beatrix Abbatisa tuas rationabiles postulationes clementius attendentes Monasterium Herifienfè, cui auctore Deo præsides, sub Apostolica sedis protectione suscipimus, et presenti privilegio communicamus. Statuimus enim, ut quascunque possessiones, quacunque bona idem monasterium in decimis et in alijs iuste et legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis auxiliante Deo poterit adipisci, tibi et sororibus, et presbyteris, qui in sequenti tempore in eodem loco Domino famulantur, quàm etiam posteris vestris in perpetuum confirmamus. Obeunte verò de ejusdem loci Abbatisa, vel earum qualibet, quæ tibi in eodem successerit regimine, nulla tibi qualibet surreptione, astutia vel violentia præponatur, nisi quam sorores communi consensu vel pars sanioris * --- secundum disponentis Dei timorem elegerint. Insuper Apostolica auctoritate præcipimus, ut vester locus advocatum suscipere non cogatur, sed illum habeat, quem ejusdem loci Abbatisa et sorores communi consilio providerint eligendum, qui etiam si inutilis apparuerit, eo remoto, earundem omnium sicut bonus ex dispositione alius idoneus substituatur. Decernimus ergo, ut nulli Archiepiscopo, nulli Episcopo, nulli Regum vel Principum, nulli omnino Ecclesiasticæ & secularique persone liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, imminuere, aut aliquibus exactionibus fatigare, sed omnia integre conserventur vestris et pauperum usibus profutura, salva*

Ludovicus Comes Arenstenius religiosam cum conjugè vitam amplectitur.

Abbatissa Herifienfis confirmationem suorum privilegiorum impetrat ab Innocentio Pont. *an successeris.

* forte consilii.

nimirum *Dioecesani Episcopi Canonica reverentia*. Si qua igitur *in posterum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertioque commonita, si non congrue satisfecerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, usque in extremo examine districtae ultioni subjaceat*. . . . autem eodem loco sua *vita servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant et apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen Datum Anno Domini M. C. X. X. V. II. II.*

Annus Christi 1140.

Innocentij II Pont. 11.

Conradi III Reg. 3.

Bernardi I Ep. Pad. 13.

Chron. Bigau.
Mirans in Not. Belg. Orisberg.
Dodechin. Histor. Bavar.
Chron. Misd.
Albert. Stad.
Helmold.

Inter haec, cum invalesceret, ut diximus, bellorum motus per Saxoniam & Bojariam, Conradus Rex V Idus Februarij celebrem Wormatiæ Principum conventum habuit; quem etsi ceteri Scriptores prætereant, eum tamen scribit auctor Chronici Bigaviensis, satisque indicat Mirans ex tabulis Monasterij Stabulensis per id tempus Wormatiæ consignatis; sistuntur enim ex congregato Principum numero præter Legatum Apostolicæ Sedis hi testes: Albertus Moguntinus Archiepiscopus, Albero Trevirensis Archiepiscopus, Albero Leodiensis, Stephanus Metensis, Sigefridus Spirensis, Bucco Wormatiensis, Embricho Wirceburgensis, Bernardus Paderbornensis, Udo Osnabrugensis, Episcopi: Fridericus Suevorum Dux & Alfatia, Adelbertus Dux Saxoniae, Godefridus Dux Lovaniensis, Wilhelmus Comes Palatinus, Hermannus Marchio, Thibaldus Marchio de Norborch, Geverardus Comes de Sulecbach, Henricus Comes Namurcensis. Eas tabulas conscripsit Arnoldus Cancellarius vice Adelberti Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarij, sive is jam fuerit Colonienensis Archiepiscopus, sive alius eo nomine Arnoldus Cancellarius. Certè Wormatiæ V. Idus Februarij consignatae sunt. Ac primus hic conventus, in quo Bernardum Episcopum nostrum cum Conrado Rege in Collegium & familiaritatem venisse reperio, quem exinde sibi benignum faventemque habuit.

Ex tabul. Caesaris insul.
Conventus Principum Francofurt.

Alium mox Principum conventum iv Calend Maji Francofurti indixit Rex, ad quem denuo Bernardus Episcopus Regem secutus. Nam illo in comitio Conradus Rex Insulam D. Suiberti in tutelam suscepit, tabulis hac super re confectis, quibus subscripsere Adalbertus Moguntinus Archiepiscopus, Adalbero Trevirensis, Bucco Wormatiensis, Embricho Wirceburgensis, Sigefridus Spirensis, Bernardus Pader-

Paderbornensis. In bellum dum Bojorum de Paderbornensis Weleopon primus Winsbore quidquid ret; caeteros capite agrorum ex lacrym Regis fructu plium ullo in tamen riamque Groningiones data. A hoc anno Westfal tradux lonis re A nobis H scripsit incarna quam nare co pum o quo pr Colon ofus S. Marii dicti; Cisterci D. Bern gressib

Paderbornensis, Regembertus Pataviensis, Otto Frisingensis Episcopi. In utroque hoc conventu, cui Saxonici Principes se subtraxere, bellum adversus Welfum Henrici fratrem decretum, quod is Leopoldum Bojariæ impositum Ducem infestis armis premeret. Rex subinde Paschate Herbipoli celebrato totus fuit in apparando bello adversus Welfum. Is jam magna clade ad Phateiam, in Norico castrum, Leopoldum affecerat. At Conradus Rex ut victoriâ elatum comprimeret, cum instructo exercitu advolat, & Welfum ad castrum Winsbergam 21 Decembris prælio in fugam compellit, castrumque Winsbergam ad extrema pressum ea conditione sibi dedit, ut quidquid matronarum humeris exportari possit, id bona pace liceret; eaque conditio memorabile fidei amorisque conjugalis ad posteros exemplum dedit. Nam cum uxores de virorum suorum capite agi viderent, singula viros suos humeris gestantes loco sarcinarum exportarunt. Quod spectaculum cum Regem Conradum ad lacrymas, ceteros ad commiserationem moveret; solus Fridericus Regis frater indignatus, dolumque incufans, exportatos viros ad supplicium poscebat; at Conradus non decet, inquit, mi frater, Regem ullo in casu fidem fallere. At Welfus licet ea clade debilitatus, non tamen destitit Saxonum viribus confusus bellum redintegrare, Bojariamque pro pupillo Henrici fratris filio repetere. Aufi & Saxones Groningam, Anhaltum, Gobolenzam, Wilbecam, aliasque munitiones Alberto expulso evertere. Marchia ejus Rudolpho Comiti data. Adjunxit se in hanc societatem Adolphus Holfatiæ Comes, qui hoc anno ingentem hominum multitudinem ex Hollandia, Frisia & Westfalia collectam in Transalbianas regiones, à Sclavis exhaustas, traduxit, urbemque Lubecam & Christi religionem novis hisce colonis restaurare cœpit.

Ad hunc quoque annum referenda sunt à nobis exordia Cœnobij Hardehufani. Nam ita auctor, qui ex Monachis ejus Cœnobij scripsit paucis res gestas Bernardi Episcopi nostri. *Posthæc anno verbi incarnati M. CXL fratres Cisterciensis ordinis ab eo vocati sunt.* Quamquam non nisi quinto ab hinc anno locum ingressi colere & inhabitare cœperint. Idem enim auctor dum scribit Bernardum Episcopum obiisse anno M. c. l. xv. ait. Hunc annum esse xx ingressionis, ex quo primum è Cœnobio Campensi Monachi per novam sacramque Coloniam in hanc diocesin introducti sunt. Magnanimus & religiosus Episcopus vix dum ante biennium absolverat Monasterium S. Mariæ à Comite Swalenbergensi, & à se conditum ordinis D. Benedicti; cum hoc tertium, post Gerdensè, inter belli turbas, Ordinis Cisterciensium fundare dotareque aggreditur: hortante nimirum D. Bernardo Abbate, quem sibi è conspectu sanctitatis, multisq; congressibus familiarem habebat. Monachi verò, procurante Sigefrido Abbate,

in quo bellum adversus Welfonem decretum.

Tribem.

Primordia Cœnobij Hardehufani.

in posterum
nam sciens
nita, si non
inque se di-
tissimo cor-
fiat, usque
em loco sua
et hic fru-
mia eterna
X V IIII
motus per
celebrem
Scriptores
s, satisque
mpus Wor-
um nume-
Mogunti-
Albero Le-
ucco Wor-
bornensis,
ux & Alfa-
is, Wilhel-
s Marchio
us Comes
llarius vice
sive is jam
e Arnoldus
gnata sunt.
n nostrum
le reperio,
Francofur-
em secutus.
in tutelam
re Adalber-
ucco Wor-
s, Bernardus
Pader-

Abbate, evocati ex Campensi apud Ubios Cœnobia, quod tum celebre erat religiosi viris, atque optima disciplina. Et jam ex eodem Cœnobia Campensi anno 1130 in Saxoniam evocati erant ad Amelinsburgum Cœnobia, quod Sigefridus Comes Romineburgius trans Visurgim in nemore Sollingensi condiderat; & post anno 1136, à Friderico Palatino Saxonie Someseburgio ex eodem Campensi, accersiti ad Cœnobia, quod prope Helmstadium in diocesi Halberstadiensi fundarat. Vidit verò Monasterium Hardehusanum vivus S. Bernardus, intra centum & sexaginta Cœnobia à se condita.

Locus autem hujus Cœnobia delectus ab Episcopo nostro haud procul à Dimola fluvio, & Warburgo Oppido, in fundo, & prædio diocesis suæ, quem Hervitichusen dixere; incultus tum quidem, sed opportunus quieti, solitudini, & culturæ intra Teutonorum montium silvas: quem ita postea auxit donationibus, ut florentissimum istic Cœnobia brevi surrexerit; quæ cognoscantur ex foundationis literis, quas ad annum Christi MCLV recitabimus.

Annus Christi 1141.

Innocentij II Pont. 12.

Conradi III Reg. 4.

Bernardi I Ep. Pad. 14.

Ceterum Conradus Rex magnopere perplexus ob Saxonum motus, cum gentem bello aggredi formidaret, anno proximo Ratisbonæ, Festo Pentecostes, comitia Principum indicit. Accessere magna frequentia ceteri trans Rhenum proceres, Saxonum pauci admodum; ab ijs tamen ita Saxonum causa est acta, ut Adalbertus Moguntinus Archiepiscopus in eorum conspirationem transfret; ac nisi hunc mors hoc anno subtraxisset, civile bellum, quod ardebat, plenis flammis erupisset. Nec enim probabant complures trans Rhenum Principes, à Conrado Rege opprimi Henrici Ducis Saxonie pupillum filium, quo clarissimæ illius familiæ extinctio quæri videbatur; cum primisque quod Richeza pupilli avia, & Lotharij Imperatoris conjux, hoc simul anno è vivis excesserat, in qua magnum apud Saxones patrocinium erat. Corpus pijsimæ Imperatricis, & dignæ Lothario Imperatore, conditum apud conjugem, magno pauperum & Saxonum luctu. Interea Leopoldus Marchio Austrius in Bojaria fatigabat Weltum pupilli tutorem, Bois aut minis aut vi armorum in partem tractis. At postquam Leopoldus hoc anno excessit è vita, Conradus Rex Ducem Bojariæ in conventu Principum appellat Henricum Leopoldi fratrem, quem & ipse uterinum habebat; at novo hoc Duce novum vulnus Welso & Saxonum animis impressum, indignè ferentium, Ducatum hunc Henrico Leonis filio pupillo rursus præripi.

Annus

Annus Christi 1142.

Innocentij II Pont. 13.

Conradi III Regis 5.

Bernardi I Ep. Pad. 15.

Rex ut Saxones placaret, quos armis aggredi verebatur, anno sequenti, qui jam cum Christo ortus erat MEXLII, celebrato Herbipoli Paschate, haud multò post III Idus Maji Francofurti comitia indicit, quæ Principum congressu bella civilia detestantium frequentissima fuere, præsentibus etiam duobus Cardinalibus, Apostolicæ Sedis Legatis, Gregorio & Dicwino. In ijs pax inter Saxones & Regem ea lege convenit, ut Henrico Leoni Superbi filio Saxonia relinquereetur, abjudicatâ Bojaria: Alberto Urso, cui Rex ante ducatum Saxoniam attribuerat, Marchia Brandeburgensis data; seu jam illam hoc anno adierit, seu promissa tantum fuerit, incertum faciunt Scriptores. Ortus is erat Afcania & Ballenstedij Ottone Comite, quem anno 1108 Henricus V. creârat Marchionem Soltwedilensem; posteri certè Alberti ad annum 1322 Marchiam tenuere, extincti in Joanne IV; ex qua interim stirpe Saxones Lawenburgici, & Anhaltini Principes se ferunt. Ceterum Conradus Rex, ut Henricum Austriam in Ducatu Bavarie firmaret, Gertrudem Henrici Superbi viduam, & Henrici Leonis pupilli matrem ei in matrimonium dedit. Atque illa, ut certis etiam pactis erat circumventa, jus, quod habebat in Ducatu Bavarie, traxit in virum. Adeo instabiles fœminæ, amores novi mariti ante filiorum habent; sed haud multum superstes Gertrudis altero anno excessit. Saxones etsi pacis studio hæc admiserint; indignè tamen tulit Welfus, Henrici Leonis tutor, avitam hereditatem diverti in alienam Conradi Regis familiam. Sed ut Regum atq; Imperatorum, ita familiarum incrementa surgunt, & occidunt. His Francofurti transactis, Conradus Rex in Bohemiam cum exercitu movit; actoque Pragæ Pentecostes festo, Ladislaum ad se profugum, ac supplicem, quem Conradus Comes exturbarat, in ducatum reponit. Ex his summa tandem tranquillitas per Imperium.

Præter Ottonem Halberstadiensem Episcopum, obiit hoc anno etiam 2 Maji Conradus Magdenburgensis, & Marcolphus Moguntinus Archiepiscopus, vix anno expleto in ea præfectura. Illi Fridericus Præpositus, & Comes Werthinensis: huic verò Henricus Præpositus subrogatus; uterque cleri electione; omnes præstantes & conspicui in Ecclesia præfules.

Quos inter Bernardus Episcopus noster, hoc anno, novo Gerdensium Virginum Cœnobio dioecesi & D. Benedicti familiam exornavit. Nam cum per in tempus magnopere sollicitus esset de Cœnobio ante octennium à se in monte Iburg inchoato, Virginesque sacre istic collectæ in magna rerum inopia vitam traherent; quod

Pax Regem inter & Principes coalescit. Otto Erling. Dodechin. Chron. Mont. Seven. Chron. Bigau. Albert. Stad. Grantz. Andr. Angelus in Chron. Brandenburg.

Monasterium Virginum ex Iburg in Gerden transferretur.

Annus

nec sterilitas loci culturam ferret, nec aliunde subsidia accederent: atque ipse præterea locus, inter nemora & vasta montium juga, ab omni hominum consortio, horridus, teneras ac pavidas sexus illius mentes affigeret, Episcopus sapius consilia versabat de opportunitate cœpti Cœnobij loco. Anxijis hæc cogitationibus intervenit prædives nobilitate Diœcesis vir, Henricus de Gerdenen, offerendo domum, fundum, & amplam quam habebat, bonorum possessionem, in structuram & dotem novi Cœnobij, in quod ex instituto D. Benedicti Virgines introducerentur. Cœnobiumque sub patrocinio B. Virginis & Apostoli Petri esse voluit. Mirificè hoc consilium approbavit Episcopus Bernardus, eaque opportunitate usus, transtulit Virgines ex monte Iburg in Gerdenensè Cœnobium, collectoque ex alijs Cœnobijs Virginum cœtu, uno simul omnes claustro inclusit. Quod planius hæc Bernardi Episcopi tabulæ, plenæ pietatis sensu, docebunt.

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis Bernhardus Dei gratia sanctæ Patherburnensis Ecclesiæ Episcopus. Quanti apud Deum meriti sint, quibusque bonæ vitæ documentis, vel operibus claruerint, quos Dominus populi sui pastores esse voluit, eorum instituta sancta declarant, et ipsorum auctoritate roborata in sua stabilitate Christi monstrat Ecclesia. Quorum dum ego Successor, licet minus idoneus, gratia tamen Dei præventus, Pontificalis culminis arcem ascendissem, omni studio vestigijs eorum inhaerendo pro voto semper habui Ecclesias Dei ampliare, easque oportunitis locis fundatas nostra sollicitudine firmare, atque incautus positas saniori consilio transponere pia provisione elaboravi. His animo pro pastoralis curæ debito intentus, ancillarum Dei, quas in monte Iburg ad Deo serviendum consensu Beatrix Abbatisse de Herffen collegimus, laborem cogitare cepi, quem ob loci difficultatem, et adjacentis terræ sterilitatem, silvarumque vel solitudinis vastitatem patiebantur. In hac igitur me proximorum compassione occupato, pius Dominus pauperum suorum miseratus angustias, igne amoris sui accensum nobilem virum quendam Henricum de Gerdenen ad hujus calamitatis terminum consolatorem nobis donavit. Nam ipse conditori suo gratias agens pro spe vitæ æternæ, cum et beatam ipsius genitricem Mariam et beatum Petrum omnium bonorum suorum heredem elegit, atque in fundo domatis suæ, videlicet Gerdenen, Cœnobium construxit, quia ipse locus aptus sanctæ conversationis videbatur. Cujus etiam loci defensionem sub meo et Successorum meorum patrocinio sanctæ Patherburnensis Ecclesiæ pro perpetua ipsius libertate devotus commisit heredibus suis Megerarde sorore sua, et filiis ejus Wernone Godfrido et Basilio hoc postmodum bona voluntate collaudantibus, et ut omni stabilitate divina et humana legis sub regali et Episcopali banno confirmaretur assentientibus. Ego igitur ut ipsorum devotionis apud Deum particeps existem, pro majori quiete et pace Deo ibi servantium, Ecclesiam ipsius villæ à Samuele Sacerdote cui commissa erat, mihi resignatam cum omni dote sua et quinque mansis in Gerdenen, et quatuor in Dallesheim communicato Ec-

clesiæ

clesia mea consilio ab omni jurisdictione et subiectione Ecclesiastica seculari-
ve persona exceptam sub manu Episcopi, vel Abbatis et prioris regendam
ipso Cœnobio concessimus, et libera possessione firmam esse statuimus. His ita
pro voto nostro cum multorum fidelium Christi gaudio dispositis, predictas
Dei famulas de loco calamitatis et miserie in Gerdenen transluximus, ibiq;
eas uti verè Christi sponsas pro omni Ecclesia at totius christianissimi conser-
vatione semper orantes inclusimus. Ut igitur hæc firma et inconvulsa omni
imposterum evo permancant, auctoritate Patris et Filii et Spiritus sancti, et
beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et Domini Papæ ac nostræ humilitatis
banno firmantes sancimus, ne qua Ecclesiastica seculari sive persona contra hæc
agere presumat. Quod si presumpserit, fiat et sicut Dathan et Abiron, et
cum fuda proditore perpetuo anathemate, nisi respuerit, feriat, eaque
presentis pagine scripto et sigilli nostri impressione roboramus. Acta sunt
hæc me mediante, multis etiam Christi fidelibus tam Ecclesiasticis quam se-
cularibus, quorum nomina subscripta sunt astantibus, et gratias Deo agenti-
bus. Anno Domini Millesimo Centesimo quadragesimo secundo, regni ve-
ro Domini Conradi quarto, Pontificatus vero mei anno XV Indictione
quinta. Testes Weno majoris Ecclesiæ Præpositus, Odelricus Decanus, Con-
radus Abbas de sancto Paulo, Conradus Abbas de Helmwardeshusen, Bol-
devvinus Abbas de Lesborne, Daniel Abbas de Hersethchusen, Rembertus
Præpositus, Almarus, Thietmarus, Lenthfridus, Eobertus, Heribertus, Si-
fridus, Godescalcus, Hugo: Laici nobiles Volquinus de Svalenbergh, Ot-
to Comes de Rævensbergh, Thietmarus de Buiren, Lindolphus de Besethe,
Bertholdus de Everschut. Ministeriales Heinricus Adelbertus de Ricketswic,
Conradus, Luidolphus, Bertholdus, Andreas, Eilbertus, Namro, Heredagus.

Hoc nunc illud præstans Cœnobium Gerdense, haud procul
à Neta amne, sub Abbatissæ imperio, quod ita Bernardus Episcopus
simul auxit decimarum & bonorum donationibus, ut alter condi-
tor sit habitus cultusque.

Annus Christi 1143.

Cælestini II Pont. 1.

Conradi III Reg. 6.

Bernardi I Ep. Pad. 16.

Successit tandem annus MEXLIII, toti Germaniæ Saxonæque
tranquillissimus, quem nullo intestini belli motu cum exteris turba-
tum reperio; adeo Principes omnes cum Conrado Rege suo in pa-
cem conspirarant. Rara temporum felicitas, si annalium memoriam
repetamus. Decimus simul hic annus erat ab incendio urbis Pader-
bornensis & Basilicæ. Intra hoc decennij spatium Bernardus Episco-
pus Basilicam ex ruinis incendij multo firmiter ac magnificentius,
quàm unquam sub prioribus Episcopis inspecta fuerat, construxit;
quàm & hoc ipso anno solemnij ritu in magna præsentia procerum

Gobelinus
at. 6. c. 59.
Cranz. lib.
6. Metrop.
c. 10.

Cleinforz.
in Chron.
Bruch in
Bernardo.
Bernardus
Ep. Ca-
thedra-
lem Basi-

Dddd

& fre.

licam, à
se restau-
ratam
confe-
crat.

& frequentia populi sub patrocínio B. Virginis & divorum Kiliani & Liborij Deo consecravit; quanquam anniversarium diem dedicati-
onis, quo ab Imado Episcopo post alterum incendium consecrata
fuerat, immutatum reliquerit. Igitur cum dies solennis dedicati-
onis Basilicæ servetur in Cathedrali Ecclesia xv Julij, ea ad tempora
Imadi referenda erit. Quo verò die hæc à Bernardo facta sit, in anna-
lium nostrorum memoria non invenio.

Otto Fri-
sing l. 7. c.
27.
Motus
Roman.
contra
Pontifi-
cem.

At quanto pacatior Germania, tanto turbulentius Romæ agi
cceptum. Nam, cum bello, quod inter Tiburtinos & Romanos
exarserat, victis Tiburtinis, Romani sollicitarent Innocentium Pon-
tificem, ut post acceptos obsides, & juratam fidem urbs Tiburtina
nudaretur muris, & cives in exilium projicerentur, recusavit Ponti-
fex tam dura statuere in Tiburtinos; quibus offensi Romani *conve-
nere in Capitolio, antiquam urbis dignitatem, ut hæc Otto Frisingensis scribit,
renovando, ordinemque Senatorum, qui jam per multa sæcula exoleverat,
suamet auctoritate instituant, bellumque cum Tiburtinis redintegrant. Ve-
rum sapientissimus Pontifex, cum prospiceret, ne Ecclesia Dei, quæ per mul-
tos annos secularem urbis honorem à Constantino M. sibi traditum potentis-
sime habuit, hac occasione quandoq; perderet, multis modis, tam minis quàm
muneribus, ne res procederet, impedire conatus est.* Quæ animadvertere
velim heterodoxos nostros, qui Pontificis jus politicum in urbem
Romanam abrogant; quod ut ceteri Scriptores à nobis in Carolo
M. Romano-Catholico producti asserunt, ita Otto Frisingensis Epi-
scopus, vir Parisijs in omni scientiarum genere excultus, & per id tem-
pus antiquitatum peritissimus, scriptorque celeberrimus agnoscit.
Ausi etiam Romani omnia jura regalia tam in urbe, quàm extra eam
per Italiam Pontifici velle abrogare, & ad Patricium, quem adjece-
rant ordinem, adjicere, quòd dicerent Pontifici more Hebræorum
Sacerdotum tantum ex decimis esse vivendum; quæ politicorum
istorum hæresis fuit. Inter has turbas rebellantis populi Innocen-
tius II. hoc anno mærore consumptus, post multas ærumnas Ponti-
ficatus obiit; qui tamen cœlestivo voce ac monitu ex hac vita ad im-
mortalem evocatus perhibetur, vel eò etiam nobis commemoran-
dus, quòd Bernardus Episcopus noster mortem ejus tam acerbo do-
loris sensu acceperit, quàm sibi ex meritis conjunctissimum habue-
rat. Subrogatus ei in Pontificatu Cœlestinus II. sed eò inter quinque

Moritur
Innocen-
tius II
Pont.

mensibus extincto, subleçtus est Lucius II.

Annus Christi 1144.

Lucij II Pont. 1.
Conradi III Reg. 7.
Bernardi I Ep. Pad. 17.

Otto Fri-
sing

Dictus Pontifex, cum anno hoc sequenti, qui eodem tranquil-
litatis

litatis cursu fluebat, Conradi Regis opem adversus rebellantes Romanos submissè imploraret, nihil obtinuit, præterquam quòd in comitijs Imperij, quæ Spiræ & Argentinæ habuit, jura Ecclesiæ Romanæ, etiam Principum consensione, renovavit, Rogerio interim Sicilia Rege omnes provincias, ex quibus per Lotharium ejectus erat, liberè occupante. Tam dispar Conradus Suevus à Lothario Saxone in patrocinio Apostolicæ Sedis. *Ac Germania licet publica quiete frueretur; ausus tamen Conradus Arensbergensis Comes, pro turbulenta patris indole, grassare spolijs, depopulando vicinos Episcopatus; & cum nulli crebrius infestiusq; incumberet quàm Paderbornensi dicecelsi, Bernardus Episcopus noster posità togà militare etiam sagum coactus sumpsit; collectoque clientum, ministerialium & incolarum agmine, Comitem aggreditur, commissoque prælio cædit, in quo & ipse Comes interemptus occubuit. Ita demum inquietus homo, qui supra viginti annos divexarat vicinos, finem fecit. Filij ab eo superstites fuere Godefridus & Henricus Comites. Posterior indole a patre & avo diversus, in inferiore colle oppidi Arensbergensis, loco ad Ruram amœnissimo, Cœnobium Wedinghufanum ordinis Præmonstratensium ex paternis bonis condidit, & multò etiam salubriori consilio sese Deo atque ordini consecravit. Vixit religiosus per omnia virtutum exempla inter suos ad annum 1157. quanquam alij verius ex tabulis ejus Cœnobij vitam ejus ad annum 1169 extrahant, honorifico Fundatoris sepulchro exornatus. Fine anni, quod Dodechinus & Chronicon montis Sereni scribunt, Conradus Rex Magdenburgi Natalicia Christi celebravit.

Annus Christi 1145.

Eugenij III Pont. 1.
 Conradi III Regis 3.
 Bernardi I Ep. Pad. 18.

At læta adhuc per Germaniam pacis tempora: ad quæ firmanda Conradus Rex more Imperatorum, provincias peragrat, convocando Principum conventus, & jus dicendo; compositisque per superiorem Germaniam publicis rebus, Herbipoli Pascha celebrat. Inde Andernacum profectus, Pentecosten ad Rhenum inferiorem egit; quanquam alij Epternacum venisse velint ad refrenandum Namurcensem Comitem, Trevirensis Archiepiscopi vexatorem. Post hæc Aquisgranum petisse docet Gelenius ex tabulis istic à Conrado ob signatis, quibus subscripsere Arnoldus Colonienfis Archiepiscopus, Albero Leodienfis Episcopus, Henricus Namurci, Otto Rinecæ, Adolphus Sassenbergæ, Albertus Burenæ, Wilhelmus Juliaci, Godefridus Arensbergæ, Henricus Limburgi, Rupertus Luxenburgi Comites, Arnoldus Cancellarius. Per Autumnum Rex Trajectum transgressus

D d d d 2

est,

*Prælium inter Bernardum Ep. Paderb. & Comitem Arensberg. in quo Comes occubuit. Auctor vita Bernardi Ep. nostri. Gobelinus atat. 6. c. 59. Brunshius in Catal. Ep. Gelenius in vita S. Engel. Codex MS. Hardebus. Cujus filius Henricus Cœnobium Wedinghuf. fundat, in quoque religiosam vitam profectur.

Dodechin. Anstadium Gemblac. Broover. in hist. Trevir. Bucherius.

Heida in
histor. Ul-
traject.
Diploma
Eccles. Ul-
traject.
Bucherini
innotis.
Jus pri-
scum eli-
gendi E-
piscopum
aliaque à
Conrado
Rege Ec-
clesiæ
Traje-
ctensi
confir-
mantur.

Conradus
Westfali-
am ingre-
ditur ad
contro-
versias
Corbei-
enses
compon-
endas.

est, ad Frisiæ provincias lustrandas. Ubi in conventu Principum ma-
gnifico diplomate, Hardberto, & Collegio Canonorum jus pri-
scum eligendi Episcopum, ceteraque privilegia confirmat; interque
alia loci istius decora, & merita refert *Antecessores suos Reges et Impera-
tores in Ecclesia Trajectensi à prima ejus fundatione inter Canonicos primum
locum obtinere, eamque præbendam per duos in eadem Ecclesia Sacerdotes ob-
tine, pro salute Regis et regni tranquillitate ac pace Deum orando.* Adeo Re-
ges non puduit in cleri numerum venire. Quam tamen Ecclesiam,
tam nobilem & vetustam, à Willebrordo & Bonifacio conditam, no-
stra memoria vidimus, per deploranda Principum dissidia, ultro red-
ditam in manus hæreticorum. Diplomati huic subscripsere Ance-
linus Havelbergensis, Ibero Leodiensis, Wernerus Monasteriensis,
Nicolaus Cameracensis, Udo Osnabrugensis, Episcopi; Walramus
Dux, multique præterea Comites, & illustres è clero viri; quos inter
refertur Conradus Regis Conradi frater ac Præpositus, quem postea
Paraviensis, ac demum Salisburgensis Ecclesia sortita est Archiepisco-
pum. Tabulæ hæc regiæ anno M. c. xlv. Indiæ. viii. xv. Calend.
Novemb. ab Arnolde Cancellario consignata. Trajecto Rex in West-
faliam transgressus, ad privata bella, & controversias Corbeiensium
componendas; nam ut ex Corbeiensium monumentis constat, Hen-
ricus quidam Dynasta, filiâ Friderici Arensbergensis Comitis genitus,
homo inquietus, incolas Eresburgi in suam factionem traxerat. Jam-
que convenerat inter ipsum & cives, imponere Scardenbergenses,
Calebergenses, aliosq; militares viros ad infestandum Henricum Cor-
beensem Abbatem, & Volwinum Swalenbergensem Dynastam.
Id ubi ab his cognitum, & ipsi milites contrahunt, junctisque viribus
vicinum montem ascendunt, ac dein per diem & noctem con-
sultant de occupando Oppido. Milites Volwini, ipso ductore, sub
auroram, dormiente adhuc Abbate, Eresburgum astu militari inter-
cipiunt, & injecta flamma Oppidum exurunt. Digna rebellium ci-
vium poena. Tertium hoc Eresburgi seu Montis Martis excidium
memoratur. Primum quod Caroli M. armis, alterum quod rogatu
Erckenberti Abbatis per Fridericum Arensbergensem Comitem il-
latum est. Ob hæc tumultuaria Comitum & Dynastarum bella, qua-
li & anno superiori Bernardus Episcopus noster afflictus, Conradus
Rex in Saxoniam maturavit; lustratoque Monasterio, & Paderbor-
nâ, ceterisque harum provinciarum locis, Corbeiam ad Visurgim
perrexit: ubi denuo publico Episcoporum & Procerum congressu
Henrico Corbeienti Abbati controversum piscationis jus restituit, &
publicis tabulis ratum habuit, Regem etiam affectante Bernardo Epi-
scopo nostro; uti huic Episcoporum & Principum conventum ta-
bulæ, quas hic nunquam ante in lucem datas, reddimus, testatius
exhibebunt.

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, Conradus divina favente clementia Romanorum Rex II. dicitur. *Æquitas iustitiæ et regni auctoritas nos admonet Ecclesiarum paci clementer providere. Eapropter omnibus Christi nostrisque fidelibus, tam futuris quam presentibus, notum esse volumus, qualiter Elicha Marchionissa piscationem quandam apud Houcruvar ab Antecessore nostro Imperatore Ludovico Cœnobio Corbeicensi collatam, sed per insolentiam temporis ab eadem Ecclesia alienatam assensu filii sui Adelberti Marchionis, vivente prædecessore nostro Imperatore Lothario, prædictæ Corbeicensi Ecclesie remisit, et resignavit. Quam remissionem sive resignationem nobis apud Corbeiam solemnem curiam celebrantibus præfatus Adelbertus Marchio intervenit et petitione Heinrici venerabilis Corbeicensis Abbatiss, nec non Heinrici Præpositi Corbeicensis Ecclesie confirmavit, ut eandem piscationem assentiente filio suo Ottone Marchio coram nobis omnino exsecravit. Nos itaque ob regni nostri firmam stabilitatem, et anime nostræ nostrorumque æternam salutem præfatam piscationem et omnes possessiones præfatæ Corbeicensis Ecclesie pertinentes sub nostra regali defensione suscipimus, auctoritate regia præcipientes, ne aliquis Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes vel Vicecomes, aut alia qualibet persona magna sive parva prædictam Corbeicensem Ecclesiam vel res ad ipsam pertinentes aliquo modo infestare præsumat, sed ea, quæ sui juris sunt, tam in familia, quam in possessionibus omni deinceps tempore libere et pacifice possideat. Si quis autem, quod absit, huius præcepti nostri statutum infringere tentaverit, centum libras auri componat, quarum partem dimidiam Camera nostræ, reliquam vero prædictæ Ecclesie persolvat. Et ut hæc ab omnibus credantur et inviolata conserventur, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus, manuque propria roborantes, qui præsentibus aderant testes, subter notari fecimus, quorum nomina hæc sunt, Theodorum S. Rufinæ Episcopus Apostolicæ Sedis legatus, Thomas S. Romanæ Ecclesie Cardinalis, Bernardus Paderbornensis Episcopus, Rodolphus Halberstadensis, et Bernardus Hildenesheimensis, Philippus Osnabrugensis, Henricus Mindensis, et præcipue Fridericus Magadaburgensis, Thietmarus Ferdensis, Anselmus Havelbergensis, Henricus Olomucensis, Wibaldus Abbas, Henricus Dux Saxonie, Adelbertus Marchio, Fridericus Comes Palatinus, Comes Hermannus, Comes de Winzenburg, et frater ejus Henricus.*

Signum Domni Conradi Romanorum Regis secundi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Moguntini Archicancellarii recognovi. Anno Dominice Incarnationis MCXLV. Indictione VII. regnante Conrado Romanorum Rege II. anno vero regni ejus VIII. data apud Corbeiam feliciter Amen.

Cum alia, tum fastos Osnabrugenses illustrent hæc tabulæ. Nam Udo eorum Episcopus, qui in prioribus tabulis Ultrajectensibus adhuc vivus

vivus fiffitur, in his Philippum Successorem habet. Quare hic Corbeienfis conventus post Trajectinum sub finem anni habitus fuit. Erwinus quidem hos memorat ordine suo, sed nulla temporum ratione habita: Falliturq; præterea, quòd Udonem quatuor tantum annos præfuisse velit, cum Episcopatus ejus in octavum annum prorogandus fit. Henricus Dux Saxonie, qui hic inter Principes præfens memoratur, haud alius, quàm Henricus Leo adolescens à tutoribus & proceribus Saxonie in conspectum Regis adductus; quòd in magnam spem hereditatis, & præsidium Saxonie fidis populorum animis & studijs aleretur.

Lucio Pont. defuncto Romæ succedit Eugenius III.

Romæ interim mense Martio Lucius Pontifex discessit; in cuius locum Cardinales extra suum numerum legere Bernardum Monasterij S. Anastasij apud Romanos Abbatem, D. Bernardi discipulum, patria Pisanum, ac virum ea tempestate sapientia, religione, & omni virtutum aspectu præstantissimum, quem Eugenium III dixere. Is licet ob Romanorum civium rebellionem urbe excesserit, haud multo tamen post à Tiburtinis restitutus, Patriatus ordinem, à Romanis per vim obtrusum abrogavit, impositoque urbi præfecto, Pontificiam auctoritatem in pristinum statum collocavit, multum D. Bernardi magistri sui opera apud Reges & Principes adjutus.

Annus Christi 1146.

Eugenij III Pont. 2.
Conradi III Regis 9.
Bernardi I Ep. Pad. 19.

Miræus in not. Belg. c. 155. Otto Frising. Conventus Aquigran. in quo actum de tranquillitate Imperij.

Sub exitum præcedentis anni Conradus Rex celebrem Aquigrani conventum habuit, ad quem magna frequentia Principes & proceres accessere; ut ex tabulis à Miræo recitatis, quas Cameracensi Ecclesie consignavit Rex, constare poterit; quos inter recensentur Arnoldus Colonienfis Archiepiscopus, Henricus Leodiensis, Wernerus Monasteriensis, Philippus Osnabrugensis, Albero Verdunensis, Anselmus Havelbergenfis, Episcopi, Webaldus Stabulensis, Godofridus Prumiensis, Lambertus Werdinensis, Anno Andensis Abbat. Actum his concilijs de tranquillitate Imperij, quam inquietorum ingenia turbabant, ut nunquam tam sanum est magnum Republice corpus, quin aliquo vitio laboret. Accessit magna prædonum ac furum insolentia per Saxoniam in unum agmen convolantium. Ij postquam Fuldensem Ecclesiam spoliassent, secundo Visurgi Corbeiam descendere; jamque pomarium noctu ingressi, templo & sacrario prædatrices manus inferre parabant, cum ecce milites circum Basilicam excubitores in armis conspiciunt, à quibus omnes templi aditus obvallati erant non sine præfenti cœlitum opes; quo nocturno spectaculo territi prædones, id quod ipsi postea facti sunt, sacrilegum facinus intermisere. Contra-

Corbeiens. MS.

Conradus Abdinghovianus apud nos Abbas, quo se potentius adversus raptorem sacrorum bonorum tueretur, Eugenij Pontificis opem & auctoritatem implorat; à quo hoc anno insigni diplomate Cœnobio illi omnis bonorum possessio, & privilegia sunt instaurata, quod hic ad memoriam præclari Pontificis & florentis Cœnobij referre visum fuit.

Eugenius Servus servorum Dei, dilectis filiis Conrado Abbati Monasterii Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quod in Patherburnensi civitate situm est, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in M. Apostolici moderaminis clementia convenit, religiosos deligere, et eorum loca pia protectione munire. Dignum namque, et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et à pravorum hominum nequicia tueamur, et Apostolica Sedis patrocinio foveamus. Eapropter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communiimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quascunque bona in presentiarum juste et canonice possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis præstante Domino poteritis adipisci, firma vobis vestrisque Successoribus - - - - - In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Widun cum Ecclesia, Merbeke cum Ecclesia, Gellendorp, Rumbekke, Euclon, Dotenhusen, Waltmannenghuson, Halle, Thensin, Rime, Deheim, Bekehufon, Habergo, Edekehufon, Nedere, Ofsendorp, Curbike, Messere, Bullenghuson, Menne, Andepo cum Ecclesia. Item in inferiori Andepo Volpethenghuson, Fornbolte, Ecclesiam in Haltenghuson cum banno Episcopali, et tribus capellis, Bellede, decimam in Wilbodesum, Bethengdorp, Hese, Sturenbrug, Suirveld, Weplede, Burgnon cum Ecclesia, et decima super curtem, Butenen, Ummenscare cum decima, Nortburgnon cum decima, Alfnon, Mestete, Hedmere, Hengeldere, Atlon, cum Ecclesia et decima super curtem, Butenen, Balhorn, Rurale, quod Sundra fuit, cum decima, Helsen, et molendinum cum vivario, Lessethe, Scarheim, Wanbeke, Ermescenhuson, Cethlere, Hohensele, Rederbruggon, Radengheim cum capella, et decima super dimidiam villam Puthen, curtem et Ecclesiam cum dimidia decima et capellam in Vorthuson ad Ecclesiam eandem pertinentem, Appele, Wehsle in Thesterbrant, curtem cum tota familia, Ecclesiam in Duilon cum quatuor capellis videlicet Nuvvelen, Hellue, Hasten, et Gamberem cum dimidia decima. Obeunte autem te nunc loci ejusdem Abbate vel tuorum quilibet Successorum, nullus ibidem qualibet surreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem vel beati Benedicti regulam de eodem claustro, vel si necesse fuerit de alio providerint eligendum. Liceat etiam vobis in Parrochialibus Ecclesiis, quas tenetis Sacerdotes eligere, et diocesano

Episcopo

Conradus Abbas Abdinghov. privilegiorum bonorumque confirmationem obtinet ab Eugenio Pont.

Episcopo presentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus animarum curam committat, ut de plebis quidem cura Episcopo respondeant, vobis verò probus temporalibus debitam subjectionem exhibeant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salva Sedis Apostolica auctoritate, et diocessani Episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hujus nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetua iniquitate cognoscat, et à sacratissimo corpore ac sanguine Dei ac Domini nostri Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Eugenius Catholica Ecclesia Episcopus.



- ✠ Ego Albericus Hostiensis Episcopus.
- ✠ Ego Otto Diac. Card. S. Gregorii ad velum aureum.
- ✠ Ego Rainerius Cardinalis.
- ✠ Ego Aribertus Presbyter Cardinalis.
- ✠ Ego Ubaldus Presbyter Card. tt. S. Crucis in Jerusalem.
- ✠ Ego Octavianus Diac. Card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.
- ✠ Ego Jordanus Presbyter Card. tt. S. Susanna.
- ✠ Ego Petrus Diac. Card. Sanctæ Mariæ in via lata.

Data Sutrii per manum Roberti S. Romanæ Ecclesiæ Presb. Cardinalis et Cancellarii, Non. Maij, Indictione VIII, Incarnationis Dominicæ anno MCXLVI Pontificatus vero Domini Eugenii III Papæ anno secundo.

Præclarè

Præclare per id tempus Bernardus Episcopus noster meritis de Corbeiensibus, quorum Abbas Henricus Sigifridi Marchionis frater, cum, soluta disciplinâ, per lites cum suis Cœnobitis, & bonorum dissipatione, malè administrasset Cœnobium, auctor adiutorque fuit Cœnobitis submovendi Abbatem Henricum. Atque is postquam jam à Cardinali Thoma Legato Apostolico postulatus in iudicium, reusque compertus, munere suo abire iustus erat, suasor rursus Corbeiensibus fuit, deligerent in ejus locum Wicboldum Abbatem Stabulensem, virum ea tempestate celeberrimum, qui ob religionem & sapientiam ex Abbate Stabulensi delectus fuerat Abbas Cassinensis in Italia, sed à Rogerio Tyranno ejectus Stabuletum se retulerat. Gratum id erat quoque Conrado Regi, à quo jam antè in suis negotijs Romam missus fuerat Legatus, magnæ apud omnes Principes auctoritatis & gratiæ. Quare Bernardi Episcopi nostri iudicium erat, per nullum, quam hunc virum consultius & opportunius Corbeienſe Cœnobium in pristinum religionis statum ac florem restitui posse. Facta igitur tam præstantis viri electione, missi sunt ad Regem, qui Abbatem hunc sibi permitteret: at quantum Rex illud Wicboldo suadebat, tantum ille obluçtabatur, obtendendo fessam per legationes, & XVI annorum labores in Abbatis præfectura ætatem. Tandem Regis precibus victus, Abbatiam admisit, ac 12 Decembris in villa Wincheim consecratur, eodemque mense Corbeiam deductus, honorificè exceptus introducit. Rex præterea, quo benevolentiam in Wicboldum ostenderet, duo illic Monasteria Virginum Kemnade & Visbeca, quòd in his corruptâ disciplinâ, magna aliorum offensione viverent, commutanda in Præposituras donavit. His à Rege impetratis Corbeiensis ad Eugenium Pontificem scribunt, & Wicboldum mirificè sibi probatum Apostolica auctoritate asseri petunt. Literas hæc, quia præclarum simul Bernardi Episcopi studium salutaris hujus operis, & Wicboldi elogium exhibent, hic reddere placuit.

Reverendissimo in Christo Patri suo Domino Eugenio divina gratia summo et universali Pontifici, W. Licet indignus Corbeiensis Ecclesiæ prior, et ceteri fratres universi, qui in Corbeienſi Monasterio Deo militant, devotam obedientiam, et exiguas orationes in Domino. Sanctitati vestre suggerimus, quod post depositionem Henrici quondam Abbatis nostri, qui à venerabili Legato vestro scilicet Magistro Thoma pro manifestis culpis suis, et confessis canonicè, ad totius Monasterij salutem, quod ipse multis modis vastabat, destitutus est. Convenimus in personam cujusdam fratris nostri, qui officium præposituræ administrabat, et elegimus cum quibusdam ex fratribus nostris non assentientibus, et multis ex laico ordine reclamantibus, qui partibus depositi illius pertinacius faverant, qui post suam promotionem paucis mensibus vivens vita discessit, et nos plenos mœrore et sollicitudine non sine aliqua discor-

Eccce

dia

diareliquit. Et quoniam per *Abbatum* nostrorum negligentiam per annos ferè quinquaginta res monasterii nostri, et dignitas tam intus quam foris ultra quam credi possit, imminuta sunt, et nos penitus concordēs non eramus; Nullatū in Ecclesia nostra persona inveniri potuit, quae sufficere posset ad aligandas attritiones nostras, et ut filii Dei, et Ecclesiae nostrae, qui dispersi erant, aggregarentur in unum. His necessitatibus coacti invocata Spiritus S. gratia, et adhibito religiosorum et sapientium virorum consilio, communi omnium desiderio, sine ullius personae magnae vel parvae contradictione immo favorabili omnium assensu, praesente et consulente nobis in idipsum venerabili filio vestro B. Patherbrunnensi Episcopo, elegimus nobis in Capitulo nostro Corbeiensi in patrem et pastorem animarum nostrarum, in *Abbatem* scilicet et Dominum nostrum, *Stabulensem* *Abbatem* Dominum *Wicboldum*, cuius religione et prudentia Corbeienſe Monasterium ad pristinum suae dignitatis statum reformari possit. Quod cum facere et electioni nostrae multis diebus assentire renuisset, et per nostros Legatos abstrahi ad consulendum nobis à Monasterio suo nequaquam valeret, tandem auctoritate regia ad curiam est evocatus, et cogente ipsum Domino nostro *Conrado* Romanorum Rege, fratres nostros et Laicos nostros, qui illuc frequentes convenerant, sequi, et ad nos venire compulsus est. Et gratias Deo Omnipotenti referimus, quia non sumus fraudati à desiderio nostro, et à spe, quam de ipso patre nostro conceperamus, quoniam mirabili industria omnes dissensiones nostras ad pacem et concordiam renovavit, et possessiones non parvas, quas depositus ille alienaverat, magna cum prudentia, et efficacia ad usum Monasterii recollegit. Praeterea sunt in vicinia nostra duo Monasteria foeminarum, quae suae enormitatis pertinacia nostros, et omnium religiosorum oculos, et aures sepiissime offenderunt, ad quod malum eliminandum cum quidam ex nostris *Abbatibus* laborare cepisset, quatenus et possessio Ecclesiae conferretur, et divina inibi religio reformaretur, obtinere non potuerunt, sed Dominus *Abbas* noster *Wicboldus* multis suis obsequiis inclinatum habens animum Principis à Domino nostro Rege *Conrado* impetravit eadem loca cum omnibus suis appendiciis Monasterio nostro conferri, et per auctoritatis Regiae privilegium legitimam traditionem confirmari. Dilectam itaque nobis misericordiam flexis ad vos genibus cordis humiliter imploramus, ut quoniam jam saepe dictus pater noster quinque talenta, quae acceperat, sollicitè duplicavit, Christum imitantes verum et bonum patrem familias super X. civitates eum constituatis, juxta illud omni habenti dabitur, et cum vestra benedictione Apostolica munitum, ut nobis et praesae et prodesse valeat, ad nos cum gaudio remittatis, et donationem, quam Dominus noster Rex de praedictis duabus Cellis Monasterio vestri privilegii pagina confirmare dignemini.

Pontifex haud multò post ad literas Corbeiensium *Wicboldi* electionem suis etiam probavit; cæ licet ad nos non pervenerint, satis tamen aestimes ex *Lucij* III. Pontificis literis anno 1184 datis, quibus se profitetur ad *Eugenij* exemplum Corbeienſe Monasterium in

tutelam

tutelam suscepisse, & Kemnadæ Cœnobij commutationem donationemque ratam habere.

At multò illustrior hic annus Eugenio Pontifice, & bello sacro, quod eo auctore tertium fuit pro terra sancta. Nam postquam Elessa Mesopotamiæ urbs à Saracenis capta, eodemque simul nuncio allatum fuit, periculum totius Hierosolymitani Regni amittendi, Pontifex scriptis ad omnes Europæ Principes literis bellum sacrum sollicitavit. Tuba hujus belli, rogatu Pontificis, D. Bernardus, miraculorum gloria clarus. Is primùm Ludovicum Galliarum Regem, totamque Galliam in comitijs VerCELLIACENSIS Oppidi ad expeditionem sacram traxit, à quo certatim cum Rege proceres signum crucis sumpsere.

Inter hæc Rudolphus Monachus, ex eremo progressus, ingentem hominum multitudinem in agro ColonienSI, Moguntino, Wormatiensi, ArgentinenSI, & toto Rheni limite contractam ad sumendum signum crucis inflammavit; quibuscum primùm omnes per Germaniam Judæos mactare parabat, quòd doceret, juratos illos Christiani nominis hostes immolandos: & cæde jam cœptâ, Norimberga aliæque urbes profugis hebræis replebantur. Subinde D. Bernardus Germaniam ingressus Conradum Regem adiit, & sacrum illi bellum persuasit. Quam in rem Conradus festo Natalis Christi Spiræ comitia indixit, ad quæ & D. Bernardus accessit, Regemque cum Friderico, Sueviæ Duce, post Imperatore, multosque illustres viros habuit, qui accepto signo crucis expeditionem sacram profiterentur. Inde Moguntiam descendit D. Bernardus, ubique signis & miraculorum gloria illustris. Rudolphum istic Monachum reperit magno populi favore circumfusum, quem accersitum objurgavit, quòd sine publica dicendi auctoritate ad bellum sacrum homines traheret, damnatâque lanienâ iussit ad eremum redire.

Annus Christi 1147.

Eugenij III Pont. 3.

Conradi III Regis 10.

Bernardi I Ep. Pad. 20.

Annus jam agebatur MCLVII, cùm Rex Francofurti publica Principum comitia indicit, ad maturandam expeditionem sacram. Sed ipse primùm Ratisbonam profectus, alium istic conventum Principum habuit in Februario, in quo tres Episcopi Otto Frisingensis, Henricus Ratisbonensis, Reginbertus PatavienSI, Henricus Dux Noricorum, multique Comites, accepto crucis signo, nomen sacræ militiæ dedere. Eo & Saxonum proceres accessere. Verùm quòd dicerent sibi aliam militiam adversus barbaros Sclavos magis esse necessariam, auditi probatq; sunt à Rege, ideoq; & signo crucis decorati;

Ecccc 2

rati;

Resumitur bellum sacrum pro terra S. recuperanda.
Otto Frising. l. 1. de Frid. c. 34.
Wilhelm. Tyrius l. 16.
Ursberg.
Dodechin.
Append. Lamb.
Robert. de Mont.
Trithem.
Otto à S. Blasio.

Bina Ratisbonæ & Francofurti Comitia celebrata, in quibus actum de maturanda expeditione interram S.

Otto Fri-
sing.
Dodechin.
Robert. de
monte.
Otto à S.
Blasio.
Vrisberg.
Gretz. lib.
3. de cruce.
Helmoldus.

rati; quanquam diversa id nota adfuturum vestibus. His Ratisbonæ peractis, Conradus Rex Francofurtum acceleravit ad comitia, quæ & Episcoporum & procerum accessu celebria fuere; uti horum nomina hæcenus incomperta ex diplomate Corbeienfi proferemus. Accessit & D. Bernardus Francofurtum ad comitia, belli sacri tubam inflans, ubique miraculis, quò per Oppida & vicos incederet, multò admirabilior, alibi cæcos, alibi claudos, alibi alio morborum genere affectos perfanando; tanquam miracula stipis instar largiendæ pro arbitrio in potestate haberet. Transactis inter Principes, quæ ad sacram expeditionem poscebantur, ne Imperium sine rectorè vacuum relinqueret, Henricum filium Imperatorem regni collegam dixit, & Aquisgrani sacris ceremonijs inaugurandum curavit.

Accessit ad hunc quoque conventum Henricus Leo dux Saxonie, magno Saxoniorum procerum comitatu; aususque florentissimus juvenis à Cæsare Bojarie Ducatum reposcere quem hereditario sibi jure debere contendebat; & si quid à parente sit delictum, non tamen in filium id transfundi posse, ut contra jus fasque spoliari possit. Quare Cæsarem & Imperij ordines tanta animi constantia contestatus est, ut satis ostenderet, nisi Cæsaris voluntate redderetur Ducatus, armis se repetiturum. Importuna hæc postulatio haud parum conturbavit Regem, veritum ne arma, quæ Saxones in Slavos parabant, in se verterent: quare juvenem benignè allocutus solatusque, promisit, se à reditu ex sacro bello postulatis ejus satisfacturum: ageret modò secum in tantilla comperendinatione communis Ecclesie laborantis & Reipublicæ causam, & barbaros interea Slavos, quemadmodum ipse Saracenos, sumeret debellandos. His acquivere Saxones. Inter ceteros Saxonie præfules, qui Conrado Regi, Francofurti in comitijs aderant, fuit Wichboldus Corbeienfis Abbas, Regi ante omnes Saxonie præfules percarus; quòd ex multis in Italia legationibus ac meritis sibi devinctum inter intimæ admissionis Consiliarios haberet. Quapropter à Rege ac ministris Regis sollicitatus, ut se aulamque sectaretur, cum se ex suscepto recens Corbejenfis Cœnobij onere excusaret, duo munificè à Rege diplomata impetravit, quorum altero Monasteria Kemnadæ & Visbecæ, de quibus supra relatam est, donata regiâ, ac Principum in eo conventu præsentium, auctoritate confirmantur.

Donatio
Monasteriorum
Kemnadæ & Visbecæ
Corbeienfis facta
comprobatur à
Conrado Rege.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis, Conradus divina favente clementia Romanorum Rex secundus. Principalis dignitatis munificentiam decet, bene de Republica merentibus præmia rependere, et per congruos honorum gradus provecos cæteris in exemplum, et tanquam bonæ spei signum proponere, ut tam hi sui laboris emolumenta sine fine mansura percipiant, quam illi à simili mercedis gratia sese non fraudandos intelligant. Quocirca noverit omnium fidelium nostrorum tam futuri quam presentis temporis in-

ustria,

dustria, quod nos propitia serenitate, fidem, labores, et constantiam fidelissi-
mi nostri nobisq̄, carissimi Wiboldi Corbeiensis Abbatis intuentes, tradidimus
in perpetuum Corbeiensis Monasterio, et eidem qui nunc divina vocatione et
communi atq̄, concordia fratrum electione præest, Abbati scilicet Wiboldo, nec
non cunctis Successoribus ipsius auctoritate in æternum valitura, duo femina-
rum Monasteria Keminada videlicet atq̄, Visbeke, et de nostro atq̄, regni iure,
per manum Herimanni palatini Comitis de Rheno, quem ad hoc rite peragen-
dum assumpsferamus aduocatum, transegimus, et firmavimus super reliquias
corporis S. Viti Martyris per aureum donationis nostræ annulum in potestatem
et ius atque dominationem Corbeiensis Monasterij in manum prædicti Abbatis
Wiboldi, et Adelberti Marchionis de Brandenburg, qui vice Herimanni Co-
mitis de Winzenburch, Corbeiensis Monasterij advocati eandem donatio-
nem nostram seu transactionem suscipiebat, ita videlicet, ut Corbeiese
Monasterium duo prænominata Monasteria Keminade scilicet et Visbike
cum omnibus prædijs, silvis, et aquis, tam foris quam intus ad ipsa loca per-
tinentibus habeat, possideat, ordinet, utatur et seruet, sicut tenet sub suo
regimine, iure videlicet proprietario tres abbatias, quas fundator ejusdem
nostræ Corbeie Lutheovicus pius magni Karoli filius ad eandem Corbeiam con-
tulit, scilicet Eresburch nobile quondam Saxonum castrum, nec non Meppiam
et Visbike, sane ad præfata duo loca neque militia neque ullum seruitium no-
bis aut regno debebatur. Et quoniam Corbeiese Monasterio tam in militia
quam in seruitio ad honorem regni et defensionem sanctæ Ecclesiæ dignitas
collata est, nos iudicio Principum ad coronam nostræ augmentum, sicut præscri-
ptum est, manere decernimus. Primam iudicii sententiam dedit Burchardus
Argentiniensis Episcopus, quam secutus est Adelbero Trevirensis Archiepi-
scopus, Anshelmus Havelbergensis Episcopus, Henricus Leodiensis Episco-
pus, Sifridus Würzbergensis electus, Frithericus Dux Suevia, et Alsatia,
Herimannus palatinus Comes de Rheno, Cunradus Dux de Ceringa, Cunra-
dus Marchio de Witin, Adelbertus Marchio de Brandenburg, Otto fili-
us ipsius aequæ Marchio, Herimannus filius ejusdem Adelberti Marchio-
nis, Lutheovicus Comes patriæ de Thuringia, Herimannus Marchio de
Bada, Wernerus Comes de Bathen, Othelricus Comes de Lenzenburch,
Othelricus Comes de Orninga, Henricus Comes de Carzenelenboge, Mar-
quardus, Sibodo, Theodericus Comes de Montbeliart, et alii plures, qui tunc
assuere. Hoc quoque notum esse volumus, quod venerabilis Pater noster Eu-
genius sanctæ Romanæ Ecclesiæ summus Pontifex frequenti nos admonitione
tam per suos quam per nostros legatos hortatus est, ut Monasteria femina-
rum, quæ nostræ ditioni, et ordinationi in regno nostro specialiter pertinent, in
quibus divina religio penitus dilapsa est, regulare et reformare dignemur.
Et quoniam sæpe nominata Monasteria Keminada et Visbike non tam
Monasteria, sed omnibus prætereuntibus viam in peccatis communia, cor-
rigi post multos labores non potuerunt, et Corbeiese Monasterio vicina sunt,
tam ad correctionem quam in proprietatem imbi contradidimus, nullo recla-
mante,

mante, nisi sanctæ regule inimicus, et pudicitie hostis fuerit inventus. *Ab.* Honoritate vero nostra regia prefatis duabus cellis Kemnade et Visbike damus, ac decreto in perpetuum valituro confirmamus eandem libertatem, quam habet Corbeienſe Monasterium, scilicet præfecturam urbis, quæ vulgo dicitur burghan, ea videlicet privilegii ratione, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Advocatus potestatem habeat excercendi iudicium in atrio prædictarum Ecclesiarum, sed quidquid præter jus et æquum à famulis, qui tam Abbati, quam congregationi, obsequio quotidiano deserviunt, commissum fuerit, ab Abbate, vel ab eo, cui ipse mandaverit, corrigatur. Et ut hæc omnia rata et inconvulsa in perpetuum habeantur, Præceptum hoc conscribi, et imaginis nostræ impressione insigniri iussimus.

*al. III.

Signum Domni Conradi Romanorum Regis *secundi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heimrici Moguntini Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi. Actum anno Dominica Incarnationis MCXLVII, Indictione X, anno vero Domni Conradi Secundi Regis invictissimi VIIII. data Frankenevord in Christo feliciter Amen.

Advocata Cœnobij Kemnadenſ. Hujus deinde Cœnobij Kemnadæ Advocatiam Henricus Leo Brunſwici, quæ tum Ducis hereditaria sedes erat, Conrado Regi cedit, & mox ab Abbate feudi nomine recipit; qua super re hæc literæ.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Henricus Dei gratia Dux Saxonie. Notum esse volumus universis Christi nostrisque fidelibus, quod beneficium nostrum, videlicet advocatiam de Monasterio Kaminata, & de aliis bonis ad illud Monasterium pertinentibus, in manum Domni nostri Conradi Romanorum Regis secundi spontanea voluntate resignavimus, ut eandem advocatiam Monasterio Corbeienſi in perpetuam possessionem contraderet, hac videlicet conditionis ratione, ut prædictam advocatiam de manu venerabilis Abbatis Wiboldi in legitimum beneficium reciperemus, quod etiam eodem ordine, quo prædictum est, tam à Domino Rege quam Abbate completum est, & à nobis observatum. Hoc autem de beneficio nostro facere propter humilem petitionem Domni nostri Regis non abnuimus, ea maxime de causa, quod prædictus venerabilis Abbas nobisque carissimus Wiboldus gloriosissimo avo nostro Imperatori Lothario diu multumque ac fideliter servavit, & in administratione Romani imperii singulari constantia usque ad mortem adheſit, dignumque est, ut sicut possessionum heredes eidem Imperatori successimus, ita retributionis circa gratos ac fideles ipsius non degeneres successores existamus. Actum Brunſwiche anno Dominica Incarnationis MCXLVII, Indictione X, anno vero Domni Conradi Romanorum Regis secundi X. Testes vero, qui affuerunt. Esunt Bruno Præpositus, Luithardus, Bernhardus, Anno, Bertoldus, Rikece, Baldevvinus, Gerhardus, Erembertus, & de Corbeienſi Monasterio Adelbertus Præpositus, Conradus Præpositus Kaminatenſis, Henricus Capell. Henricus Clericus, Karolus, Bernhardus, Reinherus, Rederus, Godefridus, Johannes, Adelhardus, Elvericus Ministeriales.

Conradus
R appro-
bat privi-
legia Cor-
beienſ. &
Herivord-
denſ.

Altero vero diplomate Conradus Rex antiqua Corbejenſium & Herivordensium privilegia instaurat, ad eum profusus modum & munificentiam, qua illa à Ludovico Pio ceterisque Regibus illustrata hæc Cœnobia impetrarunt; quod antiquitatis memoria & Regis hujus singularis beneficentia hic ex latebris tot sæculorum proferte
In

In nomine sanctæ et individuae Trinitatis, Conradus divina favente clementia Romanorum Rex secundus. Ad regie dignitatis munificentiam pertinet, bene de republica merentibus virtutum premia tribuere, ut et ipsi pro sua fidei constantia laboris sui emolumenta percipiant, et ceteri ad exequenda imperii munia bonæ spei pleni et alacres fiant. Quocirca noverit omnium fidelium nostrorum tam futurorum, quam præsentis ætatis industria, quod noster fidelis et carissimus Monasterii, quod nova Corbeia dicitur, venerabilis Abbas Wiboldus nostram clementiam adiit, petens, ut privilegia Corbeiensis Ecclesiæ, cui nunc idem venerabilis Abbas præesse cognoscitur, innovare et confirmare dignaremur. Cujus religiose petitioni, ob insignem ipsius circa nos et regnum nobis à Deo concessum fidem, pietatis aurem inclinantes, per præsentis pagine seriem sub regie majestatis tuitionem ipsum locum, novam videlicet Corbeiam, cum omnibus sibi tam intus quam foris pertinentibus assumimus, eumque perpetua libertate donantes, nostra et omnium Principum auctoritate, lege in perpetuum mansura firmamus, ne præfatum Monasterium, nova Corbeia, in potestatem, vel ditionem, sive subjectionem alicujus persona seu Ecclesiastica, seu secularis dignitatis per aliquam donationem, seu commutationem cedat. Sed semper sub ordinatione et defensione Regum vel Imperatorum consistat, et libertate, quam hætenus obtinuit, in perpetuum potiatur. Et quoniam ab Imperatore Luthewico duo Monasteria constructa sunt, et à nostris prædecessoribus honore et divitiis aucta, unum videlicet Monachorum, quod nova Corbeia dicitur, ad normam scilicet veteris Corbeia, Herevordense verò Sanctimonialium ad similitudinem Sueffionis Monasterii, decretumque est ab eis, ut Corbeiensis Abbas, quicumque pro tempore fuerit, procurationem agat Herivordiensis Ecclesiæ, ita videlicet, ut juxta consuetudinem qua ancillarum Dei congregationi procurari solent, præpositi ex ordine Ecclesiastico tam in disciplina quam in cunctis negociis, quæ famule Christi pro sexu et professione sua exequi non possent, ipsarum provisor et patronus existeret. Nos quoque prædecessorum nostrorum vestigia sequentes confirmamus, et decreto in æternum mansuro statuimus, ut omnes per successionem Corbeiensis Cænobii Abbates præscripta procuratione et patrocinio absque ullius contradictione utantur, et servata dignitate Abbatis, in quibus oportunum fuerit, Herevordensi congregationi assistant. Confirmamus etiam, quæ prædecessor noster Imperator Luthewicus suprascriptis Monasteriis pro elemosina generis sui tradidit, Cellam videlicet, quæ vocatur Meppia cum decimis et possessionibus undique ad eam pertinentibus. Et Ecclesiam Eresburg circumque per duas Saxonicas vastas ad novam Corbeiam, ad Herevordense verò Monasterium in Episcopatu Osnebrugensi Ecclesiam Buinidi cum subiectis sibi Ecclesiis, in parochia mimernevordensi Ecclesiam Remi cum his, quæ ad eam pertinent Ecclesiis, ita sane; ut decimarum aliorumque reddituum proventus omnes præfatis cederent Monasteriis, et ab ipsis vicissim procurarentur subiectæ plebes in baptisinate, in Eucharistia, in sepulturis, in confessione peccatorum audienda,

et

et presbyteri, qui principales Ecclesias tenerent, Archipresbyterorum officio fungerentur, ad agenda omnia, quæ solent fieri ab Archipresbyteris Episcoporum, et cum Episcopi circationes suas ibi agere deberent, ad eorum mansio- natica daretur, ut in capitularibus antecessorum nostrorum præscriptum ha- betur, videlicet quantum satis sit eis dari, et Episcopi non plus querant, nec cum pluribus veniant quam, ut eis sufficere possint. Ne autem in summa de- biti Episcoporum servitii plus exigetur, quam opus sit, statuerunt prædi- ctarum Ecclesiarum Episcopi cum consensu synodali coram antecessore nostro Ottone Imperatore ab Archiepiscopo Rabano, cæterisque cum eo in synodo agentibus, ut dentur ad singulas Ecclesias porci IIII valentes singuli dena- rios XII aut arietes VIII tantundem valentes, porcelli IIII, auctæ IIII, pulla VIII situla XX. de medone, de mellita cervisa XX, de non mellita LX, Panes CXX de avena modios C. manipuli DC. essetque in potestate Episcoporum, utrum hæc per singulas Ecclesias ad unum mansionaticum, an ad duo vellet habere. Statuimus etiam atque concedimus juxta decreta prædecessorum nostrorum liberam utrique loco potestatem eligenda de propria congregatione in regimen sui per futura semper tempora congrua personæ. Et ut nullus iudex publicus licentiam in homines ad præfatum Monasterium per- tinentes ullam judiciariam habeat exercere potestatem, sed omnis eorum res coram advocato ipsorum diffiniatur. Et ut iustitiam quæ appellatur Burchban nemo sibi usurpare in eodem loco presumat, nisi cui potestas ab eisdem Cæno- bij Abbate concessa fuerit. Et ut liberi homines licentiam habeant prædia sua eidem Monasterio conferre, nec quisvis iudex, aut regia potestas solitum de- bitum, aut publicum veltigal ab eis deinceps extorqueat, sed se ipsos in pro- prietatem ipsius Ecclesie ad jus, ministerialium tradere licet, et de infimo ordine, videlicet de litis, aut de censuarijs facere ministeriales Abbas potestatem habeat.

Signum Domni Cunradi Romanorum Regis secundi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archicancellarij recognovi: Anno Domini Incarnationis M. CXLVII Indictione X. regnante Cunrado Romanorum Rege II, anno vero regni eius X, datum apud Franchenevorde feliciter Amen.

Posteaquam à comitijs Francofurtensibus omnia per hyemem apparata fuere per totam Germaniam ad sacram expeditionem, & D. Bernardus interea Colonia, & vicinis ad Rhenum & Mosellam oppidis, continua miraculorum gloria exitavit mortalium animos; florente vere duplex exercitus productus est, alter terrestris, alter navalis: nam de tertio qui Saxonum fuit adversus Sclavos, post referam.

Expedi-
tio pro
Terra S.
recupe-
randa.

Cæsar celebrato Bambergæ Paschate, primum Francofurtum, post Noringenbergam progressus, inde deducente Cardinale Por- tuensi, Eugenij Pontificis Legato, Ratisbonam perrexit; Eaque ex urbe

quam tota Europa suspensa hærebat, ad nihilum recidisse. Inde uterque Rex alter in Germaniam, alter in Franciam progressus. D. Bernardus, qui tot miraculis conspicuus, non nisi divino instinctu id bellum suasisse credebatur, ut dolorem ipse suum leniret, ad arcana Dei judicia hæc retulit, quæ homini investigare fas non sit: palam interrim factus, *Deum provocatum peccatis ante tempus judicasse orbem terræ, cecidisse populos propter iniquitatem; nec tamen eorum casus fuisse adversus promissa Dei, quæ iustitiæ ejus præjudicare non possunt, qui terribilis est super filios hominum.* Moysen quoque tot signis & portentis eduxisse hebræos ex Ægypto, quorum tamen pauci admodum secundum promissa Dei terram sanctam ingressi sunt, ceteris ob delicta extinctis.

*Dodechin.
Robertus
de monte.
Helmoldus.
Alberti.
Stadens. in
chron.
Marian.
in histor.
Hisp. l. 10.
Auctor
viti. chron.
Saxon.
Chron.
Mont.
Severi.
Brouver.
in annal.
Trever.
Ulyssip-
po à Ger-
manis
&c. ob-
fidetur &
capitur.*

Alter exercitus, qui navalis erat, paulò feliciori eventu expeditionem fecit; quemadmodum hæc Dodechinus, qui interfuit, Comes Robertus de monte, Marianus, alijque tradidere. Classis hæc v. Calendas Maji per octavam Paschæ Coloniae alijsque ad Rhenum viribus collecta, secundo Rheno movit. Ea primùm conjuncta Saxonum & Frisonum navibus, quæ ex ostio Visurgis solverant; inde Danis, Belgicis, Lotharingicis navibus aucta, 14 Junij in portum Angliæ delata est, ubi Comes Areschottanus cum ducentis ferè Britannæ & Flandriæ navibus se conjunxit. Valida jam & formidabilis classis erat, qua proveci in altum, & post gravem in pervigilio Ascensionis tempestatem, Gazim Hispaniæ portum cum 50 navibus ingressi sunt. Demum ante Pentecosten in Dorij fluminis ostium delati, ab Alfonso Lusitaniæ Rege multis præmijs invitati sunt. Germani, Angli, & Belgæ, totaq; classis, adversus Mauros, qui Ulyssiponem tenebant Regni metropolim, magna in Christianos exercita tyrannide. Et quia barbari non minus erant Mauri quàm Saraceni, in quos movebat classis, rogatu Regis Ulyssiponem in pervigilio Apostolorum Petri & Pauli obsidere aggressi sunt. Multis ibi prælijs primùm, ac postea difficili, quinque mensium oppugnatione certatum, donec tandem muro 200 pedum rupto, aditus in urbem patefactus, & centum millium quingentorumque barbarorum cæde, ceteris ex classe & mari prementibus, triumphatum est, & præda omni opinione major militibus cessit. Ita urbs nobilis & Christianorum Colonia facta, & Regnum à Barbaris liberatum; quod, ut Helmoldus scribit, omnium ex hoc sacro bello operum fuit pulcherrimum. Capta urbe 8 Calend. Novembr. classis in Hispania hibernavit; neque Palæstinam petere consultum habuit, postquam infelicem regni utriusque successum didicit.

*Otto Fri-
sing. lib. 1. in
Frid. c. 44.
Helmoldus
lib. 1. c. 62.
Alberti.*

Tertius exercitus, haud minus quàm priores, sacro bello adnumerandus, Saxonum fuit adversus Oborritos, Luticios ceterosque Sclavos, à quibus Christiani in Dania & Transalbiana regione barbarum in modum vexabantur. Hæc expeditio duplici rursus exercitu

Inde uter-
 fus. D. Ber-
 inctum id bel-
 arcana Dei
 palam inte-
 orbem terræ,
 uisse aduersus
 ibilis est super
 eduxisse he-
 ndum pro-
 extinctis.
 entu expedi-
 terfuit, Co-
 classis hæc v.
 Rhenum vi-
 juncta Sax-
 erant; inde
 portum An-
 ferè Britan-
 Formidabilis
 gilio Ascen-
 navibus in-
 s ostium de-
 unt. Germa-
 llyssiponem
 citatyranni-
 ni, in quos
 o Apostolo-
 ijs primùm,
 atum, donec
 actus, & ce-
 ex classe &
 nione major
 onia facta, &
 ibit, omni-
 ta urbe 8 Ca-
 Palæstinam
 riusque suc-
 bello adnu-
 s ceterosque
 regione bar-
 rursum exer-
 citu

citu Saxonum sumpta, in quam omnes Episcopi Saxonie, ut Hel-
 moldus scribit, convenere. In altero Saxonum exercitu Principes
 fuere Fridericus Magdeburgensis Archiepiscopus, Rudolphus Hal-
 berstadiensis, Wernerus Monasteriensis, Bernardus Merseburgensis,
 Wikerus Brandeburgensis, Anselmus Havelbergensis, Henricus Mo-
 ravienfis Episcopi; Wiboldus Corbeiensis Abbas: Duces Conradus,
 & Albertus Marchio, Fridericus & Herimannus Comites palatini,
 alijque procerum; horum exercitus xl millium perhibetur. Alter
 Saxonum exercitus ductus ab Alberone Bremensi Archiepiscopo,
 Dithmaro Verdensi Episcopo, Henrico Leone juvene & Saxonie Du-
 ce, Conrado Duce Burgundie, Hartwico Principe, ceterisque Saxonie
 proceribus, quibus Helmoldus addit Conradum Withinensem Co-
 mitem; is exercitus scribitur xl millium capitum fuisse. His accessit
 Rex Danie cum centum millibus provincialium; quemadmodum
 hæc auctor Montis Sereni in chronico scribit. Hi omnes, ut alius
 vetus scriptor memorat apud Browerum, *assumpto signo vniuersæ crucis
 cum maximo apparatu, et miraculi deuotione in diuersis partibus terrarum
 Paganorum ingressi sunt; ut eos aut Christianæ religioni subderent, aut Deo
 auxiliante omnia deleterent. Et tota terra contremuit à facie eorum: et fere
 per tres menses peragrando omnia vastarunt, civitates et oppida igni suc-
 cenderunt, fanum etiam cum Idolis, quod erat ante civitatem Malchon cum
 ipsa civitate concremarunt.* Accenderat Saxonum & Westfalorum iram
 Niclotus Sclavorum Princeps; is enim ubi pro certo comperit, hanc
 expeditionem totius Saxonie in se suamque gentem verti, compara-
 ta classe cum valido exercitu trajecit per ostium Travenæ fluminis,
 primoque impetu Lubecam interceptit: ac mox incensis mercato-
 rum navibus, direptis mercibus, cæsisque supra trecentos civibus;
 urbem incendit. Rudolphus, cum ex urbe ad castrum profugeret,
 interceptus, & mille vulneribus confossus perimitur. Inde in vicinos
 circum pagos effusus, Hollandos, Frisios, Westfalos, quorum Colo-
 nias supra diximus ab Adolpho Holfatiæ Comite istuc introductas,
 exilio, spolijs, ac cædibus vastat. Magna in hac calamitate tempo-
 rum conspecta est caritas Vicelini nostri, à quo profugi Sacerdotes
 collecti, receptique: & ceteri Christiani multis subsidijs aduti, ani-
 matique ad constantiam, ipse sæpe ita afflictus, ut sub fago in silva
 tentorium construxerit, ad servandam vitam. Castrum, in quod Fri-
 sij se receperant, vim barbarorum repressit. Id trium millium agmi-
 ne aggressi sunt Sclavi; & jam obsessi de vita pacti deditioem pa-
 rabant, cum Gerlavus Sacerdos ad arma revocat; ipse deinde cum
 uno alterove viro se ad portæ claustrum objicit, fortiterque pugnan-
 do impetum sustinet; ac licet alter illi oculus telo jam excussus esset,
 non destitit tamen objectu corporis vim repellere. Qua conspecta
 viri fortitudine, barbari abcessere. Inde latè grassati per regionem

Stadenf.
 Chron. ve-
 tus Saxon.
 Crantz.
 Chron.
 Mont Se-
 ren.
 Anctuar.
 Gembl.
 Expedi-
 tio Sax-
 onum in
 Sclavos.

Christianorum, domos & vicos pervastant: quo furore expleto, cum spolijs & captivis Niclotus exercitum reduxit per Travennam flumen in interiorem Sclaviam. Acceleravit hac injuria utrumque Saxonum exercitum. Consilium erat, gentem toties perfidam aut funditus extinguere, aut ita victam christianis legibus submittere, quemadmodum Carolus Saxoniam perdomuerat. Et res prospero belli eventu eò deducta erat, nisi Principum nostrorum discordia intervenisset, quod Helmoldus & Otto Frisingensis queruntur. Multum interim hoc bello sacro actum. Nam Sclavi ita debellati victique, ut baptismum recipere, & Christi religionem in suis provincijs liberam permittere coacti sint. Quapropter Hartwicus Archiepiscopus Bremensis, Rudolphi Marchionis filius, qui hoc anno ex Præposito ejus Ecclesiæ subrogatus Alberoni, cœpit Ecclesias, Barbarorum furore disjectas, reparare, & Episcopales per Sclaviam sedes, è quibus per LXXX annos exulârant Antistites, implere pastoribus.

*Historia
Archiep.
Bremens. in
Hartw.*

*Otto Fri-
sing.
Robert. in
append.
Wilhel.
Neubrigen.
Baronius.
Concil. Par.
recent. edit.
tom. 10.*

*Brover. in
Annal.
Trevir.*

*Concili-
um Re-
mente, in
quo Eu-
donis &
Gilberti
dogmata
damnata.*

*Privilegia
Cœnobij
Helm-
wardes-
husani
confir-
mantur
ab Eug-
nio.*

Inter hæc Eugenius Pontifex descenderat ad Eudonis seducto- ris hæresin comprimendam, & Gilberti Porretani Episcopi suspecta dogmata cognoscenda. Quam in rem celebre Rhemis Episcoporum consilium in Quadragesima convocatum: postulatiq; etiam ad hanc synodum Moguntinus, Coloniensis, alijque Germaniæ Episcopi. Quemadmodum hæc ab eorum temporum scriptoribus referuntur, Coloniensi Archiepiscopo, quòd ad consilium evocatus non adfuerit, sacris postea interdictum. Accessit è Saxoniam præsulibus ad hanc synodum Conradus Helmeswardeshufanus Abbas nostræ diocesis; rogatuque Henrici Moguntini, Bernardi Hildesimensis, & Bernardi Paderbornensis Episcoporum, tum & Wiboldi Corbejensis Ab- batis ab Eugenio Pontifice omnium privilegiorum confirmatio- nem impetravit.

Eugenius Episcopus Servus servorum Dei, dilectis dilectoribus, vera fidei benedictionem et misericordiam à Deo salutari suo. Sicut dignum et ju- stum est, nos pro statu temporalium et spe futurorum universitati fidelium apo- stolica auctoritate prospicere, sic etiam per amplius et perfectius est, æquum et sa- lutare, votis humilium et precibus mansuetorum aures benignitatis nostræ ac- commodare. Eapropter significamus, tam præsentis Ecclesiæ quam generationi venturæ, quod præsentibus nobis in generali Rhemensi concilio, et quæ ad pa- cem sunt Ecclesiarum disponentibus, Abbatem venerabilem Helmwardens- sis Cœnobij Conradum nomine ad nos reverenda cum devotione accessisse, ac de statu, jure, seu libertate suæ Ecclesiæ pauca pro tempore nobis intimasse, ut- que super his prædecessorum nostrorum decretis privilegij nostri auctoritate subscriberemus, pia inopportunitatē postulasse. Qua de re habita delibera- tione, tum sedis apostolicæ conventi larga liberalitate, tum etiam Episco- porum nostrorum provocati benigna interventione, Henrici scilicet Mo- gutinensis, Thehardi Bremensis, Bernardi Hildenenensis, item Bernhardi Paderb.

Patherb, et Wichaldi Stabulensis Monasterij Prælati justis postulationibus clementer annuimus, et præfatam Ecclesiam sub beati Petri ac nostra protectione ex hoc nunc et usque in sæculum suscipimus. Statuentes igitur decernimus, ut nulli omnino hominum cujuscunque ordinis sit, seu dignitatis, liceat jam dictam Ecclesiam temere perturbare, possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed quascunque possessiones, bona, tam in honoribus, quam in redditibus, seu aliis in presentiarum juste et canonice possidet, vel in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium potuerit Deo propitio, et illibata Deo inibi militantibus, ac regulariter viventibus permaneant. Habeant etiam fratres liberam facultatem eligendi advocatum utilem rebus - - - - - Idem etiam Monasterium secundum statutum Pontificum Romane libertatis - - - - - scilicet, ac Benedicti ab omni dictione Episcopi in cujus parochia - - - - - sacros ordines duntaxat, vel consecrationes benigne - - - - - Si qua igitur Ecclesiastica secularisve potentia contra - - - - - paginam venire tentaverit, ream se divino judicio existere, - - - - - culpa recognoscat, et nisi satisfactione respiscat, vinculo anathematis districta ultioni subiaceat. Qui vero hujus nostri privilegij custos et observator extiterit, à secunda morte non ledetur, sed perpetua benedictione et gratiarum actione cum Deo et agno in Jherusalem superna perfruetur Amen.

Data Remis per manus Guidonis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis Cancellarij, III Calend. Aprilis, Indictione XI.

Abbatem hunc cum literis commendatitijs ijsse Rhemos ad Pontificem, ac legati forè Episcoporum munere, verisimile habeas; nam Bernardum certè Episcopum nostrum ceterosque synodo interfuisse non reperio. Haud minus obscurum, quis ille Thetardus Bremensis Episcopus hoc diplomate nominatus, & ipso autographo, quod apud nos servatur, scriptus; cum per id tempus Albero Bremensis Archiepiscopus adhuc viveret, nactus Successorem Hartwicum. An medius aliquis Episcopus inter Alberonem & Hartwicum, an error scriptoris intervenerit, doceant nos alij.

Annus Christi 1149.

Eugenij III Pont. 5.
 Conradi III Regis 12.
 Bernardi I Ep. Pad. 22.

Subit nunc annus Christi MCLXIX, quo Conradus Rex, præmissio in Germaniam Friderico Sueviæ Duce, & Arnoldo Cancellario, è Palæstina rediens per Illyricum mare Polam Istriæ urbem appulit, atque inde equestri itinere per Aquilejam vêtus Salisburgum pervenit; acto istic Pentecostes die Ratisbonæ comitia habuit, majori frequentia, quàm gloria, post amissum florentissimum infeliciori expeditione exercitum. Regem ob id Eugenius Pontifex literis humanif-

Otto Frider. c. 59.

simis solatus est. Et cum D. Bernardus, auctor hujus expeditionis, varijs vulgi sermonibus ad invidiam & læsam nominis famam traduceretur, apologiam edidit; & mox etiam, cum cæco puero lumen oculorum reddidit, miraculi aspectu innocentiam suam testationem fecit.

Saxonia per id tempus, à proxima expeditione in Sclaviam, Henrici Leonis animosi juvenis ac ducis sui imperio læta quiescebat. Et ille supra ætatem animos gerens, Sclaviam sibi, tanquam partem Saxonie ducatusque sui, armis Saxonice domitam vendicabat; quocum Adolphus Holfatiæ Comes, præpotens tum in Transalbanis regionibus Princeps, conspirabat, in omnibus Ducis consilia & amicitiam sectando. Horum dominatu martiaque manu, quoties Sclavi se commovere, retusi sunt. Verum, quod Helmoldus queritur, ab his tributa magis & pecunia exacta quam religio; ejus enim proferenda studium per Sclavorum regiones in postremis fuit; quod palam Idolorum cultus ab ijs permissus.

Hartvici studio religio Christiana per Sclaviam propagatur.
Helmold. lib. 1. c. 69. Histor. Archiep. Brem. Albert. Stad. Crantz. lib. 4. Wand. Chron. Lubec. Bangert in notis ad Helmold.

At tanto impensus hanc curam sibi hoc anno sumpsit Hartvicius Bremensis Archiepiscopus, qui Alberoni jam plena potestate successerat, vir claritudine generis & fervore proferendæ christianæ religionis, auctoritateque apud Principes eminens. Tres per Sclaviam Episcopatus, Aldenburgensem seu Lubecensem, Meclenburgensem, qui haud multò post Suerinensis fuit, ac deinde Raceburgensem restituit. Aldenburgenfi Vicelinum Episcopum imposuit, virum, qui per xxx annos in Holfatia & Wagria Sclavorum ex Apostolico munere versatus, id laboris constantia, fructuque Evangelij, ante omnes promeruerat. Meckelenburgenfi sedi præstitutus Suehardus, quem Helmoldus Emmerhardum, Crantzius Everhardum vocat: utrumque simul Episcopum consecrari iussit; missique sunt per hæc pacis tempora, uti Helmoldus scribit, in terram egestatis & famis, ubi sedes erat Satanæ, & habitatio omnis immundi Spiritus. Quemadmodum deinde Vicelinus noster Lubecæ, alijsque suæ diocesis locis templa, altaria, & cœtus Christianorum restituerit ex Episcopi munere; quantoque fructu regiones docendo, & barbaros ad fidem adducendo peragravit, quibuscum ærumnis & periculis illi obluendum fuerit, multis Helmoldus & Scriptores Septentrionalium rerum exponunt.

Wilbacence à Bernardo Episcopo Monasterium erigitur.

Hoc præterea anno Bernardus Episcopus noster, cujus mirificum vitæ studium fuit in exercenda religione, Wilbacense Cœnobi-um Virginum ad Netam fluvium, in Oppido Wilbacensi (id quod quartum fuit Cœnobi-um à se conditum, ac tertium familie D. Benedicti) in sua diocesi, erexit; adjutoremque in multis habuit Ludolphum fratrem, cui amplæ quoque & hereditariæ bonorum possessiones fuere in hac diocesi. Quam in rem ipsæ foundationis tabulæ, quibus hæc planius exponuntur proferendæ sunt. In

In nomine sanctæ et individua Trinitatis. Notum sit omnibus tam futu-
ris quam presentibus, qualiter ego Bernhardus gratia Dei Paderbornensis
Ecclesiæ Episcopus primum locavi in Ecclesiola Wilbodesensi Sanctimoniali-
um et regulam beati Benedicti profitentes, dedique eis ipsum locum ad habi-
tandum, et dotem Ecclesiæ cum omnibus pertinentiis suis ad possidendum. Feci
autem hoc cum consilio et consensu Canonicorum, Ministerialium quoque no-
strorum, intuitu quam maxime divina retributionis, tum etiam precatu Lu-
toldi fidelis nostri Ministerialis, qui et ipse seximibi habens filias contulit ei-
dem Ecclesiæ ipsum Vorovere, quod illic habetur et quod precio, et justo con-
cambio adquisivit, partim erga Manegoldum, partim erga Heinfridum.
Manegoldus siquidem habuit ibi domunculam una cum Sundra et aliquot
mansis, quinque vix solidos solventibus, habens autem eos à fratre meo Lu-
toldo, et ille à me, resignavit eos sibi, et ipse mihi, ego vero tradidi eos Ecclesiæ
Wilbodesensi, Lutoldus econtra reddidit mihi de beneficiis à me habitis va-
lens annuatim sedecim solidos, quæ protinus ego præstiti fratri meo, et ipse
subinde præstitit Manegoldo ipso ita valente, et nemine contradicente. Porro
Heinfridus ibidem nihilominus habuit quiddam proprii, quiddam quoque be-
neficii, quod cum haberet à Folgrovino advocato, id quod ibi habebat proprium
sibi delegavit, beneficium reddidit, ille vero cum aliis bonis suis ad integrum
sibi recompensavit, tradiditque Wilbodesin eadem bona, quæ jam receperat à
Heinfrido, laudantibus id ipsum, et simul agentibus matre sua Lutrude et fra-
tre suo Widedkindo, pro quo factò prædictus Lutoldus persolvit Folgrovino vi-
ginti marcas argenti. Insuper mihi resignavit de beneficiis suis decimam in
Abusin, quam ego itidem præstiti Folgrovino pro restitutione suorum bono-
rum et ejusdem rogatu Lutoldi. Actum est apud Sorvalenberg in Monaste-
rio sanctæ Mariæ multis presentibus. Præterea idem Lutoldus delegavit
adhuc præfatæ Wilbodesensi Ecclesiæ de propriis suis domum unam in Offen-
dorp et unam in Roredehusen, unamque in Odeheim, et unam in Volkersin,
mansum in Sidegodesin, domum in Wellede, et quatuor mansos in Rikersin.
Quædam etiam de beneficiis, quæ à nobis habuit, nobis reddidit, scilicet deci-
mam in Suthem, et mansum unum ibidem, quem erga Hugonem et fratres
ejus adquisivit, domum unam in Dedighusin, et nos eadem mox Wilbodes-
ensi donavimus Ecclesiæ. Quidquid autem horum fecit idem Lutoldus, sive
per se ipsum sive per manum nostram, fecit hoc cum consensu et collaudati-
one suorum heredum, conjugis videlicet suæ Immae ac filiorum suorum Conra-
di, Eggeberti, et Hermanni. Hermannus quoque de Helmere, habens in ea-
dem Ecclesiæ duas filias, tradidit eidem domum unam cum attinentiis suis in
Adelbechteffin. Sed et Folsvold socrus ejus tum pro Deo tum pro earun-
dem filiarum amore delegavit jam dictæ Ecclesiæ prædiolum in Alchgrimm-
sin, collaudantibus hoc marito suo Wexelino, et filiis suis Hudone, atque Ge-
voldo. Fratres etiam illi de Watervelde, Adelbertus, Rudolfus et Johannes
de beneficiis suis, quæ à nobis habuerunt, reddiderunt, et nos ea ipsorum ro-
gatu sæpe jam dictæ tradidimus Ecclesiæ, curtem unam in Drevera, et man-
sum

sum unum ibidem, partem decimam in Vinnebe, mansum in Lochusm, partem decimam in Etheffm, et in Limego super duas domos, et duos mansos in Eschereshusm. Quidam etiam Ernestus Ministerialis noster habens à nobis duos mansos in Nordin nobis resignavit, hos etiam eidem tradidimus Ecclesie. Bertholdus quoque de Culede mansum unum in Wellede, et alterum in Wettere nobis reddidit, hos nihilominus memorata delegavimus Ecclesie. Hec omnia ita legitime et iuste constat esse facta, ut nullus inde conqueri debeat heredum, nec ulli ea convellere liceat iudicium. Propter quod et presens privilegium conscribi, et nostro sigillo fecimus roborari, commonentes, et contestantes omnem hominem pusillum et magnum, ut nullus unquam id, quod à nobis, seu per nos ad honorem et gloriam Dei rationabiliter factum est, evacuare, vel bona jam nunc eidem Ecclesie collata, vel postmodum iuste duntaxat conferenda auferre quolibet modo presumat, alioquin si fecerit, et iuste commotus se non emendaverit, aeterni ignis incendio, qui paratus est diabolo, et angelis ejus sese mancipandum, seque jam à nobis insolubili anathematis vinculo certissime noverit innodatum. Qui vero ipsum locum ejusque habitatores diligere, et protegere studuerint, sit illis peccatorum remissio, caeleste gaudium, et aeterna vita remuneratio. Advocatus eorum quemadmodum à nobis ita quoque à Successoribus nostris hujus Paderbornensis Ecclesie Episcopis investiatur, qui et nihil exigat inde servitii, sed solam expectet retributionem Dei. Abbatem qui eis praesit ac profit, regulariter infra duntaxat Episcopatum eligant, extraneon nisi cum Episcopi et Ecclesie ipsius voluntate id faciant, ipsique Episcopo dignam cum devotione obedientiam juxta ritum ac debitum aliorum, quae in ejus diocesi sunt, Monasteriorum exhibeant. Summa hujus privilegii recitata est à suprascripto Bernhardo venerabili Episcopo, quinta feria, quae dicta erat caena Domini, stante ipso in gradibus, et concionante ad populum, qui tum multipliciter ibidem fuerat collectus, firmatumque est ab eo banno Episcopali, datumque Ecclesie Wilbodesensi ad perpetuum stabilimentum, per manum videlicet Conradi Abbatis, qui tunc eidem praesuit Ecclesie, et presens condidit instrumentum. Actum est anno ab Incarnatione Domini MCXLVIII. Indictione XII, regnante Conrado secundo regni ejus anno XII. Episcopatus autem saepe memorandi Bernardi anno XXII.

Annus Christi 1150.

Eugenij III Pont. 6.
Conradi III Reg. 13.
Bernardi I Ep. Pad. 23.

Otto Frising. lib. 1.
de Frid.

Nondum abstererat Conradus Rex mororem improspere expeditionis, cum anno postero novum doloris vulnus accessit, ex Henrici filij, quem ante triennium Regem dixerat, funere praequam immaturo. Unicus supererat illi filiulus Fridericus; sed & ipse post praereptus fati; adeo Regum spes, quibus coronam familiae destinant, incerta,

incertæ fluxæq; Ipse interim provincias more Cæsarum obire, & jus dicere visus est. Nam modò in comitijs Ratisbonæ bellum adversus Ottonis Wittesbachij filios sumit, motusq; in Bojaria componit: modò Spiræ versatus, Wiboldum Corbejensem Abbatem, virum ob merita sibi percarum, & ob virtutes ea tempestate per Imperium spectabilem, regia auctoritate adversus Ministerialium insolentiam tutatus est. Et quia pluribus Episcopis, Abbatibus & Principibus ea causa querelaq; cum Wiboldo communis fuisse apparet, ceteri etiam cum suis Ministerialibus jussi sunt esse præsentés, ut ex publico Regis & Principum judicio Ministeriales muneris sui leges acciperent. Et verò cum Ministerialium genus hominum in omnibus tabulis usitatus sit, quàm notius, hoc ipsum Conradi diploma, ex quo multum lucis obscuritati hujus nominis affunditur, hic referre non incongruum erit.

In nomine sanctæ et individua Trinitatis, Conradus divina favente clementia Romanorum Rex secundus. Si paci et tranquillitati Ecclesiarum Dei pia et benigna sollicitudine prospicimus, hanc vicissitudinem nos à pio Creatore nostro accepturos speramus, ut et regni nobis à Deo commissi gubernacula in hoc tempore cum pace et tranquillitate possidere valeamus, ac post regnum hujus temporis in regno aeternæ beatitudinis requiem apud justum judicem Deum inveniamus. Notum igitur esse volumus universis regni nostri fidelibus, tam presentis quàm futura ætatis hominibus, qualiter dilectus et fidelis noster Wiboldus Corbeiensis Monasterii Abbas multimoda necessitate ipsius Monasterii compulsus, exposuit in auribus clementiæ nostræ incommoditates et injurias, quas à Dapiferis et Pincernis suis quidam predecessores ejus sustinuerunt, et ipse à die prelationis suæ in eodem Monasterio passus fuit. Siquidem Dapiferi et Pincerna, et reliqui, qui ministerii locum in domo Corbeiensis Abbatis tenent, quam dignitatem vulgari nomine officia appellant, quasdam abusiones in eisdem officiis sibi usurpaverunt, ut videlicet omnia victualia, et universam substantiam domus Domini sui sub custodia sua teneant, et cui placuerit, eis inconsulto Domino suo eadem bona servanda, et passim distribuenda conferant, tantamque potestatem in istis officiis sibi asserere conantur, ut Dominis suis palam, et quasi de jure suo prohibeant, ne claves et custodiam rerum suarum alicui committant. Solent etenim de rebus Dominorum suorum proprias familias alere, ac milites suos pascere in tantum, ut in propriis domibus plerumque aut tanta aut etiam plura, quam Domini sui de facultatibus eorum, quas debuerant servare, expendant, et in dissipandis bonis eorum modum omnino nullum teneant. Ejusmodi ergo superfluas, et damnosas rerum suarum dissipationes cum prænominatus fidelis et dilectus noster Wiboldus Corbeiensis Abbas de eadem domo eliminare, ac domum suam secundum honorem Dei, ac propriam utilitatem ordinare temptasset, quidam de Ministerialibus ejus Rabano, qui tunc officium Dapiferi administrabat, cum fratre suo Liudolfo, et paucis consanguineis suis multum ordinationi ejus refragatus est, atque cum multa comminatione asse-

Ggggg

rebat,

Conradi
Regis
sollicitu-
do pro
Imperio.Conra-
dus Ab-
batiam
Corbei-
ensem
contra
Ministe-
rialium
insolen-
tiam tue-
tur.

rebat, quod potestatem officii sui, quam hactenus in domo illa exercuerat, nunquam dum viveret, relicturus esset, ita ut sub imperio suo essent uniuersa uictualia Domini sui, ac potestatem haberet de eis tribuendi, cui uellet, ne dati, aut accepti aliquam rationem Domino suo redderet, ne clauis rerum suarum seruari alicui liceret, nisi quem ipse ordinasset. Hec itaque contradictio inter Ministeriales Corbeiensis Ecclesie à prefato Abbate Domino suo ventilata est, et per iudicium eorum, tam eidem Rabano, quam omnibus, qui huiusmodi dominationem sibi de bonis Domini sui usurparent, omnis potestas de committendis clauibus, et de custodia rerum Domini sui abjudicata est, hancque potestatem Abbati Corbeiensi prescripti ab eo sententiam iudicii unanimitè adjudicauerunt, ut clauis, et custodiam rerum suarum liceret ei committere, absque consilio Dapifero et Pincernæ, cuiusque uolisset. Dapifero autem et Pincernæ tale iudicium adinuerunt, ut in uictualibus Domini nullam potestatem dandi absque uoluntate ipsius prorsus habeant, sed cum Domino suo secundum debitum officii sui ad mensam seruiant, hanc dignitatem de officio suo consequantur, ut refecto Domino ad mensam ejus cum cæteris ministris de bonis Domini sui reficiantur, et præter hanc nullam aliam potestatem de rebus ipsius excerceant. Huic comparium suorum iudicio cum idem Rabano acquiescere nolisset, prædictus fidelis noster Corbeiensis Abbas apud clementiam nostram impetrauit, quod in plena curia nostra, quam Spira celebrauimus, iudicium super eodem uerbo à Ministerialibus regni sciscitati sumus, qui etiam in conspectu nostro et Principum regni idem iudicium, quod Corbeienses irruerunt, pari consensu asseruerunt. Aliam præterea molestiam idem Rabano fratribus, qui Deo seruiunt in Corbeiensi Monasterio irrogare præsumpsit, quod uidelicet muros et intra ambitum Cimiterii ejusdem Ecclesie hereditariam mansionem sibi uendicauit, super qua mansione cum satis fuisset commonitus, tum à Domino suo, tum à fratribus Monachis, tum à Comparibus suis, quatenus ab ea desisteret, noluit eorum salutaribus monitis obtemperare. Unde Ministeriales Corbeiensis Ecclesie iudicii sententiam interrogati, abjudicauerunt tam ei, quam omnibus secularibus beneficium in atrio Ecclesie, et quod aliquis Abbatum tale beneficium potuerit præstare. Cum uero adhuc reluctaretur, nos interrogati à fidei nostro prædicto Corbeiensi Abbate, cum interrogassemus Ministeriales nostros super eodem iudicio, abjudicauerunt ei in conspectu nostro et Principum infra atrium Ecclesie omnem hereditariam mansionem et omnibus Abbatibus et Monachis talis beneficii concessionem. Orta est nihilominus et alia temeritas ab eodem Rabano, quod intra muros Corbeiensis Monasterii quandam similitudinem dignitatis sibi hereditario jure uendicabat, quam præfecturam appellabat, et se Burck grauium appellari faciebat, cum omnes Abbates ejusdem Monasterii hanc potestatem semper sub se habuerint, ut quidquid à suis infra muros delinqueretur, aut ipse corrigeret, aut Cameraario, uel Dapifero suo, seu alicui de familia sua corrigendum absque ulla potestate in perpetuum mansura committeret. Hac autem potestate præfatus

Rabano

Rabano
morem
placita
rum de
uentre
terant,
escam fr
ritatem
pum reg
antiqui
ceptis co
quam p
sed per
Monas
teat.
Minij
fra mun
tendis c
in supra
usurpat
Princip
et horum
uenit C
de præf
lehuson
bus suis
les. Hæ
Spirens
et sui
pidone
nisteria
rus, et
Lauris
et Alsa
sui M
Wernh
Wilbe
Imkbo
Grunb
Reing
Sig

Rabano in tantum abusus fuit, ut eam vulgari nomine *Burgban*, et secundum morem alicujus magnæ potestatis sæpe infra muros placitaret, et hujusmodi placita *Burgdinck* appellabat. Ad hæc placita famuli fratrum *Monachorum* de coquina, aut de *pistrino*, seu de quolibet eorum servitio cogebantur venire, qui etiamsi propter impedimenta servitii fratrum occurrere non poterant, violenter et contumeliose à famulis illius pertraherentur et panem et escam fratrum imperfectam relinquere compellebantur. Hujusmodi ergo temeritatem de hac præfectura circa *Corbeienſe Monasterium* ex iudicio Principum regni prorsus interdiximus, et hanc potestatem in manu Abbatis esse, sicut antiquitus fuit, decernimus. Nam in veteribus Regum et Imperatorum præceptis continetur, ut nullus Dux, nullus Comes, nulla secularis potestas aliquam potestatem infra muros ejusdem Ecclesiæ excercendi iudicium habeat, sed per Abbatem et personas temporaliter à se ordinatas quidquid à famulis *Monasterii* contra juris et æqui rationem admissum fuerit, judicari oporteat. Et si Principibus contra privilegium imperiale non licet, multò minus *Ministerialibus* licere constat. Hanc ergo præfecturam et supradictam infra muros *Laicorum* habitationem, atque *Dapiferi* et *Pincerna* de commitendis clavibus potestatem ab aliquo usurpare, et hæreditario jure vendicari in supradicto *Monasterio* nullatenus permittimus. Sed has tres prædictas usurpationes secundum iudicia *Ministerialium* nostrorum, atque sententiam Principum regni omnibus *Laicis* decreto in perpetuo valituro interdiximus, et horum omnium potestatem Abbati attribuimus. Iudicium de clavibus invenit *Conradus Ministerialis* noster de *Haga*, de habitatione intra muros, et de præfectura iudicium dedit. Item *Ministerialis* noster *Conradus de Wal-lehuson* *Camerarius* noster à thesauris. Principes autem cum *Ministerialibus* suis hi interfuerunt: *Ortlevus Basileensis* *Episcopus* et sui *Ministeriales*. *Heremannus Constantiensis* *Episcopus* et sui *Ministeriales*. *Guntherus Spirensis* *Episcopus*, et sui *Ministeriales*. *Eilulfus Murbacensis* *Abbas*, et sui *Ministeriales*. *Waltherus Selenſis* *Abbas*, et sui *Ministeriales*. *Campidonensis* *Abbas*, et sui *Ministeriales*. *Wizemburgensis* *Abbas*, et sui *Ministeriales*. *Clerus*, et *populus wurmatiensis Ecclesiæ*, quæ tunc vacabat. *Clerus*, et *populus Fuldenſis Monasterii*, quod tunc vacabat. *Clerus*, et *populus Laurishamensis Monasterii*, quod tunc vacabat. *Frithericus Dux Suevia* et *Alſatia*, et sui *Ministeriales*. *Otto Palatinus Comes de Wihelspach*, et sui *Ministeriales*. *Herimannus Marchio de Bathen*, et sui *Ministeriales*. *Wernherus Comes de Harvekhespereich*. *Othelricus Comes de Lenzenburg*. *Wilhelmus Comes de Glzperch*. *Comes Wilhelmus de Juliaco*. *Comes Imkho de Liningen*. *Comes vulframnus de Wertheim*. *Marquardus de Grunbach*. *Arnoldus de Rotenburch Dapifer*. *Heinricus Mareſcalcus*. *Reingerus Pincerna*. *Thiepertus de Winsperch Camerarius*.

Signum Domni Conradi



Romanorum Regis secundi
in vicissimi.

Ggggg 2

Data

Data anno Dominice Incarnationis MCL, indictione XIII, anno vero Domini Conradi secundi Regis invictissimi XII, anno autem Wiboldi Corbeiensis Abbatis III. alium Spira in Christo feliciter Amen.

Conradus
R. Abba-
ti Cor-
beienf.
permittit
auri & ar-
genti fo-
ndas in
monte
Eres-
burg.

Addidit & aliud per breve diploma Conradus Rex Herbipoli confi-
gnatum, quo Wiboldo Abbati in monte Eresburg venas argenti me-
tallorumque permittit liberas.

Conradus Dei gratia Romanorum Rex secundus VViboldo Corbei-
ensi Abbati suisque Successoribus regulariter ordinatis in perpetuum venas
metalli, videlicet auri, argenti, cupri, plumbi, et stanni, et omnem pecuniam,
sive rudem, sive formatam, qua intra montem Eresberg, qui Corbeiensi Ec-
clesia jure proprietario pertinere noscitur, latet, tibi, et per te Corbeiensi Ec-
clesia concedimus, damus, et presenti scripto confirmamus, ut liceat tibi, et
Successoribus tuis, absque ullius persona contradictione, in eodem monte fo-
dere, omne metallum, quod inventum fuerit, eruere, et constare, tuisque et
fratrum tuorum usibus licenter aptare, ut tanto melius possit Corbeiensis Ec-
clesia tam divinis quam regni rebus subservire. Data est hac monumenti
cartula apud Wixzeburg anno Dominice Incarnationis M. CL. Indi-
ctione XIII. propter servitium fidei suprascripti Abbatis.

Helmold. l.
i. c. 78.
Chron.
Sclav.
Albert.
Stad.
Chron.
Lubec.
Joann.
Russi.

Rebus per superiorem Germaniam compositis, Saxonia bello
conturbari cœpta. Duxerat Henricus Leo juvenis paucis ante annis
Clementiam filiam Conradi Ducis Zeringensis. Quâ cum imperio
inter Saxones relicta, ipse in Sueviam profectus, bellum Henrico vi-
trico, Duci Austriæ, intentabat; ille verò cum imploraret opem Con-
radi Regis, & Rex adverteret Bojariam à Leone ostentata vi armorum
repeti, obsticit, conatusque ejus elusit. Inter hæc Albertus Marchio,
æmulus Leonis, per absentiam ejus concitare Saxoniam, & Conra-
do Regi persuadere, se auxilio venire: tempus esse opportunum,
omni dominatu Saxonie exuendi Leonem. His Conradus Rex ille-
ctus in Saxoniam properat, contractisque Goslariæ copijs, Brunswico
castra admovet. Quæ, postquam renunciata sunt Leoni, sumpto
plebejo habitu, triumque fidelium comitatu, intra quinq; dies è Sue-
via in Saxoniam advolat, ac noctis beneficio inobservatus per hosti-
um castra Brunswicum intrat, incredibili civium & Saxonum gau-
dio receptus. Quo cognito Conradus Rex, omissa obsidione, Gos-
lariam reducit militem, & per hiberna dividit. At Saxones cum de
Duce suo ac libertate agi viderent, Leoni se potentius jungunt. Nec
ausus est Conradus Rex Saxoniam bello laceßere, veritus superiorum
Cæsarum clades. Hoc interim anno Bernardus Lippie Comes cœpit
Lipstadium in loco Overwalt ad Luppie amnem construere & præ-
munire. Oppidum in visceribus Westfalie, tanto Episcoporum ma-
lo, quanto post nocumento. Otto verò Comes de Ravensberg Frisi-
am ingressus, prostrataque ingenti Frisiorum multitudine, victor
in Westfaliam redijt. Paucis hæc Gobelinus noster retulit, nulla belli
hujus causa reddita, ut mos est eorum scriptorum, per abrupta tra-
dere res gestas.

Lipsta-
dium à
Bernardo
Com.
Lippienf.
construi-
tur.

Annus

Annus Christi 1151.

Eugenij III Pont. 7.

Conradi III Reg. 14.

Bernardi I Ep. Pad. 24.

Conradus Rex exinde intactam relinquens Saxoniam, sese in Thuringiam contulit; Iustratoque Erfurto, Nurimberga ac Spira, Ratisbonæ comitia Principum habuit; compressoque Ottone Wittelsbachio Bavariam turbante, secundo Rheno in inferiorem Germaniam descendit, comite Ottone Frisingensi Episcopo, à quo hæc scribuntur, & Alberto Misnensi Episcopo. Postquam Boppardiam perventum ad regalem villam, obvios habuit legatos, à quibus intelligit Arnoldum Cancellarium suum delectum esse Archiepiscopum Coloniensem in locum Arnoldi, hominis, ut Otto Frisingensis scribit, qui ad omnia Ecclesiastica, et secularia negotia inutilis erat. Igitur Coloniam ingressus, & magna populi lætitia exceptus, Cancellarium introduxit, regalibusque decoravit, virum ingenio, iudicio, & conciliis celebrem, quem alij ex Comitum Wedanorum, alij Altencensium in Marchia genere ortum volunt.

Otto Frising. Auctuar. Lamb.

At graviore causa Trajectum, quò mox descendit, evocabant. Turbæ in Ecclesia Trajectensi ob schisma duorum Episcoporum. Gobelun, Miræus, Grumbach, Bekke in chron. Heda in histor. Ul. Traject.

Mortuo superiori anno, IV Idus Novembris, Heriberto Ultrajectensi Episcopo scedo schismate conturbata erat Ecclesia. Quippe nobilitas delegerat Hermannum Hornensem Comitem, Coloniae Præpositum ad S. Geracnem, cujus partes suscepere Theodoricus Hollandiæ, Henricus Geltriæ, & Theodoricus Cliviæ Comites, & Clientes Episcopatus: contra Metropolis Trajectum, Daventria, ceteræque civitates Fridericum Havelleum posebant, clero propè omni libertate eligendi prærepta; ausique cives etiam Hermannum urbe ejicere, & Regem non nisi certis secum conditionibus pactum admittere in urbem. Laborabat Rex ut cives componeret; sed cum illi ad Pontificem se appellasse dicerent, Rex discessu manus subtraxit. Uterque postea Leodium evocatus ad iudicium Apostolici Legati. Cessit Episcopatus Hermannò, homini licet ignavo; quemadmodum per diffidia illa inter nobilitatem & urbes, adempta cleri libertate, inutiles plerumque Episcopi obtrusi sunt.

Sustulit præterea hic annus Wernerum Monasteriensem Episcopum, postquam per xx annos administrasset magistratum illum sacrum. Vir, ut Crantzius inquit, omni virtute conspicuus, & præclare de Ecclesia sua meritis. Cappenbergensibus religiosis ita conjunctus vixit, ut domesticus eorum haberetur. Ejus consilio B. Godfridi reliquiæ magnam partem Ilmstadio Cappenbergam, ante biennium translata, ab eoque honorifice condita sunt. Quapropter fallitur Wittius, qui anno 1140, & Kerfenbrochius, qui anno 1139 obijisse

Obitus & laus Werneri Episcopi Monast.

Conradi secundus
Spiræ in Christo

poli confi-
rgenti me-

oldo Corbei-
uum venas
n pecuniam,
orbeiensi Ec-
orbeiensi Ec-
iceat tibi, et
m monte fo-
e, tuisque et
orbeiensis Ec-
monimenti
CL Indi-

onia bello
ante annis
imperio
Henrico vi-
ppem Con-
armorum
s Marchio,
& Contra-
portunum,
us Rex ille-
Brunswico
ni, sumpto
; dies è Sue-
s per hosti-
onum gau-
dione, Gos-
nes cum de-
gunt. Nec
uperiorum
omes coepit
uere & præ-
porum ma-
sberg Frisi-
ine, victor
t, nulla belli
abrupta tra-
Annus

obiisse dicunt. Wenero subrogatus cleri libertate, & populi concordia, Fridericus, illustris quoque præful: Ejus subrogationem licet, præter fastos Monasterienses, Otto Frisingensis, Chronicon Montis Sereni, & Pegaviense tradant; nemo tamen horum illius familiam, aut gradum Ecclesiastici ordinis prodidit. Et cum Wenero Episcopo multa sint monumenta religionis; tum postremo hoc anno conditum est in diœcesi Monasteriensi Collegium Virginum Asbecense à Wicero nobili in Weltringen viro. Id quia Sanctimonialium & Canonicarum ab origine Virginum fuit, Hermannus Episcopus, literis anno 1174 datis, sæculare appellat. Advocatus ejus Collegij fuit Conradus à Weltringen, qui Wiceri filius creditur; à quo post anno 1203 Langenhorstense Collegium Virginum in eadem diœcesi haud procul à Weltringen est fundatum dotatumque. Tristiora ex hoc anno memorat Gobelinus noster. *Claustrum enim, inquit, SS. Petri et Pauli Paderbornæ exustum est. Nobile, videlicet illud Cœnobium Abdinghovianum à Meinwerco conditum, & tot tabulis donationum à Bernardo Episcopo nostro ceterisque exornatum.*

Cœno-
bium Ab-
dinghov.
exustum.

Annus Christi 1152.

Eugenij III Pont. 8.
Conradi III Regis 15.
Friderici I Imp. 1.
Bernardi Ep. Pad. 25.

Otto Fri-
sing in Fri-
der c. 63.
Moritur
Conradus
Rex.

Exinde Conradus Rex, postquam omnia per Imperium ad summam tranquillitatem composuisset, resumptis armis, expeditionem in Italiam apparabat, ad Imperij insignia ab Eugenio Pontifice capessenda; quam in rem comitia Imperij Bambergæ indixerat. At eò cum venisset, letali morbo oppressus, xv Calend. Martij extinguitur, non sine præbiti veneni suspicione, quod fraude Rogerij Siciliae Tyranni per Italos, quos habebat medicos, datum credebatur. Princeps armis bonus, ad pericula interritus, justitiæ amans, & religionis religionis forumque hominum studiosissimus; quod vel inter cetera tabulæ à nobis productæ testabuntur. Augustalia Imperij insignia ante mortem deposuit apud Fridericum Sueviæ Ducem, ex fratre Friderico nepotem, quem fidum in bello & expeditione Palæstina comitem habuerat, & Successorem in Imperio designarat; cuique filiolum, quem habebat unicum Fridericum, ob immaturam ætatem non deligendum Regem, commendavit, rogavitque ut Sueviæ Ducem diceret. Funus domesticorum cura ad Laurisheimense Cœnobium deductum, & juxta Patrem humatum, frustra obnitentibus Bambergensibus, qui tanti Principis exuvias juxta D. Henrici Imperatoris tumulum, nuper ab Eugenio inter Divos relati, collocaturos sese pollicitabantur. Ab excessu Conradi non nisi per novendecim dies interregnum fuit.

fuit. Nam 4. Nonas Martij omnes Germanici Regni ordines cum nonnullis Italiae proceribus Francofurti congressi, summa omnium eoncordia Fridericum Ahenobardum, quem Barbarossam vulgò dixere, Regem legerunt. Quamquam Amandus, qui Friderico ab epistolis fuit, scribat, Francofurti non plures quam sex, aut octo con- sedisse Principes, qui rogatione facta, sibi deligendi jus vendicarint, Regemque crearint; quorum deinde electionem ceteri comprobà- rint; tanquam Electorum forma tum aut repetita, aut sensim intro- ducta. Consensionem hanc refert Otto Frisingensis in pacis studium; quòd, cum duæ regnatrices Gibellinorum & Guelforum familiae Im- perium hæctenus regnandi æmulatione conturbarint, consultum habuerunt Fridericum deligere, qui paterno sanguine à Gibellinis, materno à Guelfis ortum se ferebat.

Facta augustali electione, Rex plerosq; Principes, accepto jura- mento fidei, domum remisit, ipse cum ceteris paucis Aquisgranum profectus; ubi media magni jejunii dominica ab Arnolde Colonienfi Archiepiscopo solemnibus cæremonijs Rex inunctus est, ac Caroli M. in sede collocatus. Eodem die Fridericus Monasteriensis Episco- pus ab iisdem Episcopis consecratus, inunctusque est. Ita verò, ut Frisingensis inquit, *summus Rex, et Sacerdos præsentem celebrationem decoravit; viditque una dies ex una Ecclesia duarum personarum unctio- nem, qua sola novi et veteris instrumenti institutione arcano ritu cinguntur, et Christi regni, ac Sacerdotis nomen gerunt.* Inter Episcopos, præter Co- loniensem & Monasteriensem, præsentem fuere Hilinus Trevirensis, Henricus Leodiensis, Otto Frisingensis, Ortletus Basileensis, Henri- cus Constantiensis; quod tabulæ apud Miræum Stabulensi Ecclesiæ consignatæ docent: inter Principes Henricus Leo Dux Saxoniae, Al- bertus Marchio. *Peracta coronatione, inquit Otto Frisingensis, missi Romam Hilinus Trevirensis, et Eberhardus Bambergensis, Episcopi, viri prudentes et literati. Dehinc Trajectensium contumaciam in Conradum Re- gem patrum ulturus, inferiores Rheni partes obiit; usque pecuniaria pœna multatus, ac Herimanno Episcopo confirmato, ad superiora remeando Colo- nia Agrippina Pascha celebravit. Inde per Westfaliam transiens, Saxoniam intravit.*

Hæc profectio haud dubium, quin Monasterium Westfaliæ adierit Rex, introducto, qui secum inunctus erat, Friderico Episco- po, Paderbornam certò accessisse, lustrasseque loci antiquitatem, & florentem cleri disciplinam, docent tabulæ apud nos Marsnensis Ec- clesiæ à Friderico Rege consignatæ. *Hujus enim rei testes apud Miræ- um producuntur Arnoldus Colonienfis Archiepiscopus, Bernardus Pa- derbornensis Episcopus, Arnoldus Cancellarius, Henricus Notarius, Dux Welso, Marchio Albertus, Comes Ulrichus de Lucenburg, Marquardus.*

Acta sunt hæc anno millesimo, centesimo quinquagesimo secundo. Indictione

XIV

Cui in Imperio succedit Fridericus Ahenobardus.

Amand. lib. de primis actis Friderici. Gevolatus lib. de sacro Imp. sept. vir.

Unâ Fridericus Rex & Fridericus Ep. Monast. Aquis- grani in- ungun- tur.

Miræum in not. Belg. c. 158.

Miræum in not. Belg. c. 158. & lib. 2. donat. Belg. c. 51.

puli con- tionem li- chronicon um illius um Wer- postremo gium Vir. Id quia fuit, Her- appellat. ui Wicri Collegium fundatum us noster. est. Nobi- erco con- po nostro

m ad sum- editionem ifice capel- At eò cum utur, non æ Tyranni princeps ar- nis religio- ra tabulæ à ante mor- iderico ne- mitem ha- lum, quem on deligen- diceret. Fu- deductum, ergensibus, tumulum, citabantur, terregnum fuit.

XIV Anno Domini Friderici primo, data Paderbornæ per manus Arnoldi Cancellarii. Quas exinde Episcoporum sedes perlustravit Rex, memoria proditum non reperio. Corbejam certè invitatus à Wiboldo Abbate accessit, quem virum in honore habuit Lotharius Imperator, & Conradus Rex patruus multumque veneratus est ob sapientiam, & peculiaria erga se merita. Nam ut in diplomate mox recitando fateatur Rex, magnopore laboravit Wiboldus Abbas Francofurti in comitijs Principum, quo sibi regnum præ ceteris deferretur. Quare confectis per Westfaliam publicis regni negotijs, transito Visurgi, in interioriorem Saxoniam est progressus Merseburgum ad conventum Principum, quem eo in loco indixerat. Regemque cum ceteris regni Principibus comitati sunt Bernardus Episcopus noster, & Wiboldus Corbejensis Abbas. Iis in comitijs, quæ Episcoporum, & ceterorum Principum accessu celebri fuere, actum est de componenda controversia cum Henrico Leone & Alberto Marchione. Nam cum anno superiori Hermannus Comes de Winceburg in castro suo interemptus esset, uterque Principis Winceburgensis hereditatem sibi vendicabat, collectisque armis Saxoniam spolijs & incendijs vastabant. At nihil propter utriusque pertinaciam in præsens confici potuit. Uti verò castrum Winceburgicum postea ad Hildesienfes Episcopos pervenerit, ex eorum tabulis requirendum est.

Comitia
Merse-
burgi ce-
lebran-
tur, quæ
in iis acta.
Otto Fri-
sing. lib. 2.
in Frider.
c. 5.
Helmold. h.
1. c. 73.
Chron.
Mont.
Seren.
Chron.
Pogau.

Postulati quoque ad hæc comitia Danorum Regum filij ac juvenes, Sueno, Kanutus, Waldemar de regno inter se gladiantes. Ex his Kanutus, patrocinio Henrici Ducis Sueviæ, & Hartvici Bremensis Archiepiscopi subnixus, accessit. Duxerat etiam secum Archiepiscopus Vicelinum Episcopum, Apostolicum virum, cum multo Clericorum numero. Post multam deliberationem regnum adjudicatum Suenoni, qui & Petrus appellatur ab Ottone. Kanutus, qui Guvoto appellatur ab Helmoldo, jussus est abdicare regni nomen, & provincijs certis contentus esse. Waldemaro Ducatus Daniæ attributus. Inde Suecin à Friderico Rege cinctus est diademate, jussusq; ad majestatem Romani Imperij, haud secus quàm sub Lothario Imperatore, alijsque factum erat, Friderico Regi in publicum cum corona procedenti gladium anteferre. At quò nunc illa recidere?

In hoc conventu Principum, cui magna cum auctoritate intererat Wiboldus Corbeiensis Abbas, Fridericus Rex egregio diplomate, quod aureis etiam literis conscriptum est, instauravit jura & privilegia Corbeiensium. Id hoc loco, ad testificandum Regis venerationem erga Abbatem, ad cognoscenda præsentium Episcoporum & procerum nomina, recitare congruum duximus.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Frithericus divina favente clementia Romanorum Rex. Ad regie dignitatis munificentiam pertinet bene de republica merentibus virtutum præmia tribuere, ut et ipsi pro sue fidei constantia

Frideri-
cus jura
& privi-
legia Cor-
beiens.
instaurat.

constantia laboris sui emolumenta percipiant, et ceteri ad exequenda imperii munia bonæ spei plenæ et alacres fiant. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum tam præsentium quàm et futurorum industria, quod noster fidelis et karissimus Monasterii, quod nova Corbeia dicitur, venerabilis Abbas Wiboldus nostram clementiam interpellavit, ut privilegia Corbeiensis Ecclesie, cui nunc idem venerabilis Abbas præesse cognoscitur, innovare et confirmare dignaremur. Cujus religiosa petitioni ob insignem ipsius fidem circa Dominum et Patrum nostrum, beatæ scilicet recordationis antecessorem nostrum inchoatum Regem Conradum, nec non et circa promotionem nostram in regnum, cujus gubernacula Deo auctore post mortem ejus suscepimus, aurem pietatis inclinantes, per presentis pagine seriem sub regie majestatis tuitionem locum ipsum, novam videlicet Corbejam, cum omnibus sibi tam intus quàm foris pertinentibus assumimus, cumque perpetua libertate donantes, quemadmodum pia memoria prædecessorem nostrum ejusque progenitores Reges et Imperatores ante eum fecisse cognoscimus, nostra et omnium Principum auctoritate lege in perpetuum valitura firmamus. Ne præfatum Monasterium nova Corbeia in potestatem, vel ditionem, sive subjectionem alicujus personæ, seu Ecclesiasticæ, seu secularis dignitatis, per aliquam donationem seu commutationem cedat, sed semper sub ordinatione et defensione Regum vel Imperatorum consistat, et libertate quam hæcenus obtinuit, in perpetuum potiatur. Et quoniam ab Imperatore Lutheovico duo Monasteria constructa sunt, et à nostris prædecessoribus honore et divitijs aucta, unum videlicet Monachorum, quod nova Corbeia dicitur, ad normam scilicet veteris Corbeie, Herivordense verò Sanctimonialium ad similitudinem Snessionensis Monasterii, decretum est ab eis, ut Corbeiensis Abbas, quicumque pro tempore fuerit, procuratorem agat Herivordensis Ecclesie, ita videlicet, ut juxta consuetudinem, qua ancillarum Dei congregationibus procurari solent præpositi ex ordine Ecclesiastico, tam in disciplina quàm in cunctis negotiis, quæ famula Christi pro sexu et professione sua exequi non possent, ipsarum provisor et patronus existeret. Nos ergo prædecessorum nostrorum vestigia sequentes confirmamus, et decreto in æternum valituro statuimus, ut omnes per successionem Corbeiensis Cænobii Abbates præscripta procuratore et patrocinio absque ullius contradictione utantur, et servata dignitate Abbatissæ, in quibus opportunum fuerit, Herivordensi congregationi assistant. Confirmamus etiam eisdem, qui nunc divina vocatione, et communi atque concordia fratrum electione Corbeiensis Monasterio præest, Abbati scilicet Wiboldo, nec non cunctis Successoribus ipsius, auctoritate in æternum valitura, Monasterium quoddam, quod vocatur Keminada, quod piissimus prædecessor, et patruus noster beatæ memoriae Conradus Rex pro fidelitate et petitione prænominati fidelis et karissimi nostri Wiboldi Abbatis tradidit super reliquias corporis S. Viti martyris per aureum donationis sue annulum in potestatem et jus atque dominationem Corbeiensis Monasterii, ita videlicet, ut Corbeiese Monasterium prænominationem Monasterium, scilicet Keminada, quemadmodum et à Reveren-

H h h h

do

do Patre nostro Papa Eugenio per auctoritatis suae privilegium eidem Corbeienſi Monasterio confirmatum eſſe diſcoſcitur, cum omnibus prædiis ſuis, ſitis, et aquis tam ſoris quàm intus ad ipſum locum pertinentibus habeat, poſſideat, ordinet, utatur, et ſeruet, ſicut tenet ſub ſuo regimine, jure videlicet proprietario, tres Abbatias, quas fundator ejuſdem novæ Corbeia Luthewicus pius magni Karoli filius ad eandem Corbeiam contulit, ſcilicet Eresburch, nobile quondam Saxonum caſtrum, cum decimis circumquaque per duas Saxonicas raſias adjacentibus, nec non Meppiam atque Wiſbicke, cum decimis et poſſeſſionibus undique ad eas pertinentibus. Ad Herivordenſe verò Monasterium in Episcopatu Osnebruggenſi Eccleſiam Buinidi cum ſubjectis ſibi Eccleſiis, in parochia Mimiernivordenſi Eccleſiam Reni cum his, quæ ad eam pertinent Eccleſiis; præterea, quod ab exordio eorundem Monasteriorum, Corbeia ſcilicet, et Herivord à noſtris antecceſſoribus conſtitutum eſt. Nos quoque firmiter ſervari volumus, videlicet, ut ubique vel ipſa Monasteria vel Cella eorum, caſas aut curtes habuerint, ex rebus, quas ibidem laboribus ſuis acquirunt, decimas dent ad portam Monasterii, nec alibi eas dare cogantur, quatinus inde in noſtram at totius generis perhen-nem mercedem ſupervenientibus peregrinis et hoſpitibus ſerviatur, ſicut in regia capitulari, et in decreto ſynodali permiſſum eſt. Xenodochia, et reliqua fidelium pauperumque conſtrui hoſpitalia, et mos fuit ſemper in ſacris concedi Cænobis. Statuimus quoque, ne Episcopi aut eorum Archipreſbyteri, in ipſorum Eccleſiis à ſuis preſbyteris miſſarum celebrationes fieri interdiciant, ſed ſi quid ſui juris ſibi inde negari putant, ad noſtram præſentiam, et ſynodalis examinis judicium deferant. Sed et hoc decernimus, ut decimas vel decimales Eccleſias, imo univerſas poſſeſſiones ſuas in quibuslibet Episcopis, præcipue in Bremeniſi, Osnebrugenſi, Patherburnenſi, ubi plurimas habent, et res et decimas ita integerrime teneant atque poſſideant, ſicut ab antecceſſoribus noſtris, Regibus videlicet et Imperatoribus hæcenus tenuerunt atque poſſederunt. Concedimus etiam juxta decreta prædeceſſorum noſtrorum liberam utrique loco poteſtatem eligenda de propria congregatione in regimen ſui congruæ perſonæ. Et ſtatuimus, ut nullus iudex publicus in homines ad Monasterium Corbeienſe, vel ad prænominatæ Cellas ipſius pertinentes ullam judiciariam habeat exercere poteſtatem, ſed omnis eorum res coram advocato ipſorum diſſiniatur. Et ut juſtitiam, quæ appellatur Burchban, nemo ſibi uſurpare præſumat, niſi cui poteſtas ab eodem Cænobii Abbate conceſſa fuerit, et ut liberi homines licentiam habeant, tam ſe ipſos, quàm prædia ſua eidem Monasterio conferre, nec quis iudex, aut regia poteſtas ſolitum debitum, aut publicum vectigal ab eis deinceps extorqueat. Sanè quod piſſimum prædeceſſorem noſtrum, inſtytum et glorioſum Principem, feliciſ memorie Dominum ac Patrum Regem Conradum, ex judicio Principum ac Miniſterialium regni, in plena curia ſtauiſſe cognoviſimus. Nos quoque ejus veſtigia ſequentes decreto in æternum valituro firmamus atque ſtatuimus, ut nullus Læicorum habitationem infra muros prædicti o Corbeienſis Monasterii ſibi ali-

quando

quando
congru
pateat.
atque
dis cla
rebus a
judici
at. U
tam ha
rò hi a
Domn
gis refu
denſis
cenſis
Episcop
mus H
burgen
bas, A
Welph
chio A

Ego Arn
bur
ma

M
Bernar
tempo
cùm p
per xx
annos
batiffa
pus in
Alheic
terim
juri, d
am ſpe
no vit
condi
Magd

quando usurpare audeat, hereditario jure, sed cymiterium, quemadmodum congruum est, religiosorum habitationibus liberum et expeditum omni tempore pateat. Hoc quoque simili firmitate precepto nostro roboramus, ut Dapiferi atque Pincerna Corbeiensis Abbatis nullam omnino potestatem de committendis clavibus rerum Domini sui habeant, sed in dandis clavibus, et ordinandis rebus domus sue liberam potestatem, quemadmodum à prædecessore nostro per judicii sententiam determinatum esse novimus, Abbas in perpetuum obtineat. Ut autem hæc omnia rata et inconcussa in perpetuum habeantur, chartam hanc conscribi et sigilli nostri impressione signari præcepimus. Testes vero hi affuerunt, Sueno Rex Danorum, qui ibidem regnum suscepit de manu Domni Regis. Knut alter Danus, qui ibidem regnum in manum Domni Regis refutavit. Hartovigis Bremensis Archiepiscopus, Othetricus Halberstadius Episcopus, Burchardus Argentiniensis Episcopus, Wicmannus Citiensis Episcopus, Daniel Pragensis Episcopus, Bernhardus Patherbornensis Episcopus, Henricus Mindensis Episcopus, Heremannus Ferdensis, Anshelmus Havelbergensis, Emehardus Mechelemburgensis, Wikkerus Brandenburghensis. Marquardus Fuldensis Abbas, Henricus Heresfeldensis Abbas, Arnoldus Niemburgensis Abbas. Henricus Dux Saxonie, Domnus Welpo avunculus ejus, Conradus Marchio de Misnia et filii ejus, Marchio Adelbertus, et filii ejus.

Signum Domni Fritherici Romanorum Regis invictissimi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Moguntini Archicancellarii recognovi. Data in curia Merzburch, anno Incarnationis Domini MCLII. Indictione XV. anno Domni Fritherici Romanorum Regis I. aëlum in Christo feliciter Amen.

Magna quoque Bernardo Episcopo nostro familiaritas cum Bernardo Hildesimensi Episcopo per multos annos, queis æquales temporum vixere duo illi præstantissimi Antistites. Et Hildesimensis, cum post conditum à se Cœnobium S. Godehardi multa præclare per xxii annos egisset, senio demum & caligine oculorum per aliquot annos laborare cœpit. Quamobrem cum post mortem Loicardis Abbatissæ Gandersheimensis subrogata esset Alheidis, ipseque Episcopus invalidus esset, Bernardum Episcopum nostrum invitavit, à quo Alheidis pro vicario munere consueto Virginum ritu initiata est. Interim Hildesimensis, licet cæcus, eo deportari voluit; ac ne quid prisco juri, de quo toties certatum erat, derogaretur, jussit sibi obedientiam spondere. Nec multum ab his superstes Hildesimensis, altero anno vitam clausit, humatusque est in Cœnobio D. Godehardi, à se condito. Nondum Rex è Saxonia discesserat, cum morte Friderici Magdenburgensis Archiepiscopi nova lis oborta, alijs Præpositum, alijs

Bruschius in Catal. Ep. Hildes. Chron. Hild. MS. Bernardus Ep. Paderb. rogatu Bernardi Ep. Hildes. cœci consecrat Alheydem Abbatissam

Gandersheim.

Decanum Ecclesiæ suæ eligentibus; quò in dissidio Rex suavit, eligerent Wicmannum Neuburgensem, seu Citicensem Episcopum, Comitum Seeburgensem, quem delectum Rex introduxit, & regalibus decoravit. Quo haud leviter offensus Eugenius Pontifex; eò quòd Rex sine Apostolicæ sedis auctoritate Episcopum ex una Ecclesiâ traduxisset in aliam.

Annus Christi 1153.

Eugenij III Pont. 9.

Friderici I Regis 21.

Bernardi I Ep. Pad. 26.

Ono Frising.

Transactis ijs, quæ ad tranquillitatem Saxonie posebantur, cunctisque Principibus, uti Frisingensis scribit, ad nutum ejus inclinantibus, Fridericus Rex Bojariam ingreditur; ac Ratisbonæ Norici ducatus Metropoli, in Monasterio S. Emmerammi, quòd Basilica exusta esset, coronationem repeti voluit. Bellum in hoc conventu urfit adversus Ungaros; quòd cum Principes detrectarent, omitttere necesse habuit. Omnem deinde operam in omnibus conventibus Principum convertit Rex in conciliando Henrico Austriæ Marchione, & Henrico Leone Saxonie Duce. Uterque consanguineus erat, Austrius Regis patruus, Saxo avunculus. Controversia omnis de Bojariæ Ducatu exarserat, quem ab Austrio repetebat Saxo, patris hereditatem. Agitata res in comitijs, quæ primùm Bambergæ fuere in Paschate: deinde Wormatiæ festo Pentecostes; tùm Ratisbonæ in Septembri; denique in Decembri Spiræ. Nihil in omnibus congressibus confici potuit, Vadimonium deserente Austrio; tanquam aspernaretur sistere se Principum judicio.

Fridericus iterum coronatur Ratisbonæ. Studet conciliandis Ducibus Austriæ & Saxonie.

Amoti ab Episcopatu Henricus Moguntinus, & Henricus Mindensis Ep. Dodechin. Serrarius. Baronius. Chron. Mind. Truhem.

At facilius est dejectus Henricus Moguntinus Archiepiscopus ac Metropolitanus noster, reus an innocens, non convenit inter Scriptores, vir cetera bonus, & simplicior, quàm politicorum calliditas ferret, cujus ob id patrocinium susceperat D. Bernardus. Sed cleri, quem formare aggressus, odio & accusationibus prevalentibus, Embecam in Brunswicensi ducatu digressus, exul hoc anno obiit, ubi & humatus quiescit; Dictum ejus familiare erat: *Fui dives Canonicus, Pauper Præpositus, et Mendicus Episcopus.* Hunc propè in modum Henricus Mindensis Episcopus, postquam annos duodecim præclare administrasset Ecclesiam, ad eisdem Apostolicæ sedis Legatos, Gregorium & Bernardum Cardinales, à quibus Moguntinus & Eistadensis amoti erant, delatus, quòd clericum oculis orbari passus esset; qui factum cum excusare aut nollet, aut non posset, ultro Episcopatu abiens, redijt ad Bursfeldense Cœnobiũ, in quo & quietum tumultum reperit. Eo interea Episcopo diocesis Mindensis duobus Cœnobijs trans Visurgim exornata, Schinna & Lucka, quorum alterum ordinis Benedictini, alterum Cisterciensis fuit: alterum Comitiæ

mitum Hallermontiorum, alterum Comitum Oldenburgicorum & Hallermontiorum,

Inter hæc Bernardus Episcopus noster continuum adhibebat studium in Cœnobijs, quæ instituerat, firmandis locupletandisque. Et qua valebat gratia apud Henricum Leonem, Saxonie Ducem, prædium ab eo impetravit Gerdensi Virginum Cœnobio, quod in gratam Ducis nostri memoriam referre par erit.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis, Henricus Dei gratia Dux Bavarie et Saxonie. Notum sit cunctis fidelibus presentibus et futuris, quod Hermannus Comes, qui hereditatem Sigefridi Comitis à legitimis heredibus emptan possedit, villam quandam Hampenhusen de eadem hereditate, quæ fuit beneficium cuiusdam Henrici de Gerdene, Ecclesie beati Petri, quam isdem Henricus in proprio allodio fundavit, ad usus pauperum Christi tradidit; quod tamen, ut obtineret, ipse Henricus aliud beneficium Thinkelbroch Comiti reddidit. Nos autem tam pio operi congaudentes, ad nos enim occiso Hermannio Comite eadem hereditas Deo disponente pervenit, prædictam traditionem conscriptam nostra auctoritate firmavimus, et sigilli impressione signavimus, teste scilicet idoneos annotari fecimus. Dominus Bernhardus Patherburnensis Episcopus, Bernhardus majoris Ecclesie Præpositus, Reimbertus Præpositus. Liberi Volquinus Advocatus Patherburnensis, Adolphus de Nienkerchen, Liudolfus de Dassele. Ministeriales Henricus de Wida, Luitardus, Anno, Liupoldus, alijque multi. Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCLIII, Indictione prima, regnante gloriosissimo Romanorum Rege Frederico semper Augusto anno regni ejus secundo.

Alijs donationum tabulis ipse Bernardus Episcopus Hardehusano jam surgenti Cœnobio benefecit, quas è tabulario nostro hic proferimus.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Ego Bernardus Dei misericordia Patherbornensis Ecclesie Episcopus, notum facio universitati fidelium tam futurorum quam presentium, quod cum essem sollicitus Christi pauperibus in Hersvithenhusen pro regno Dei laborantibus presentis vite necessaria justè et rationabiliter providere, inveni prope silvam, quæ dicitur Osninc, prædium quoddam Kyveninhusen nominatum, quod à Præposito Rukero fratribus majoris Ecclesie in Patherborn olim traditum fuerat sub eo pacto, ut eo defuncto singulis annis in Anniversario ipsius unicuique fratri albus panis, et caseus, atque emina cervisie inde daretur. Sed id ipsum prædium plus quam XXX annis desertum, et arbutis in eo abortis horridum cultore caruerat, nec ullus usus inde fratribus proveniebat. Hoc itaque ego cum consensu et collaudatione omnium fratrum concambio justè et ipsi placito obtinui, quod videlicet in Syneithe omnem decimam de duabus domibus in Lunabike, de una in Brethine, et de una in Gokestertshusen, iterum de una in Godeslo, et de una in Ebbekenhusen proveniente, pro ipso eis concessi, ita tamen ut frugum decima IIII solidis redimatur, altitium verò uno eorum animalium, quæ domi aluntur, justè requiratur, et fideliter solvatur. Et cum obtinuissem prædictis Christi pauperibus ad presentis vite subsidium tradidi perpetualiter possidendum. Hanc autem commutationem et traditionem scripto presentis pagine et sigilli mei impressione atque Episcopalis banii auctoritate confirmavi, ita ut si quis malevolus unquam infringere voluerit, gratia Dei privetur, et perpetuo cum juda fure et proditore anathemate feriatur. Testes autem qui adfuerant, hi sunt, Bernardus Præpositus, Alemarus Decanus, Lanfridus, Ecbertus, Reimbertus, Evergisus, Heremannus, Pffo, Conradus, Herebertus, Sifridus, Godescalcus, Bernardus, Manegoldus, Altmannus, Hugo, Volbertus, Meinricus, Burchardus, Becelinus, Lorberwicus,

Bernardus Episcopus prædium quoddam Gerdensibus ab Henrico Leone impetrat.

Et benefacit Monasterio Hardehusano.

vicus, Conradus. Liberi Volquinus Advocatus, Widekindus frater ejus, Thietmarus de Burgen, Lindolfus de Ofthe, Givohardus & frater ejus Dudo. Ministeriales Lindolfus, Henricus, Manegoldus, Eizo, Hermannus de Halmere, Conradus de Culite, & frater ejus Bertholdus, Conradus Stapel, Hugo de Hegkeldere & frater ejus Richardus, Conradus Camerarius, & alij quam plures. Acta sunt hac autem Anno ab Incarnatione Domini MCLIII. Indictione I. Friderici Regis anno primo. Episcopatus nostri* XXV.

Excessit hoc anno viii Idus Julij Eugenius Pontifex, quem Otto Frisingensis virum justum, & religiosum dilaudat. Successorei datus Anastasius eo nomine IV.

Annus Christi 1154.

Anastasi IV Pont. 1.
Friderici I Reg. 3.
Bernardi I Ep. Pad. 27.

Otto Frising. lib. 2. c. 11. 12. 13. & 14. Chron. Pagan. Ducatus Bavarie Henrico Leoni adjudicatur.

Fridericus in Italiam proficiscitur, ad suscipiendam Imperij coronam.

Proximo dehinc anno, Christi videlicet MCLIV, Fridericus Rex in Saxoniam regressus, Goslariæ conventum Principum indicit, ad decidendam controversiam, quæ jam à biennio inter Henricum Leonem, & Henricum Marchionem Austriæ de Bojariæ ducatu agitata erat. Nam cum Rex expeditionem in Italiam urgeret, ad capiendam Imperij coronam, & majestatem Imperatoris, causam hanc prius, ne quid se absente per æmulos turbaretur in Imperio, decidi componique voluit. Stetitq; se Henricus Leo in hoc conventu; absuit Austrius, quare Regis & Principum sententia, Bavarie Ducatus Leoni adjudicatur, titulo tantum penes Austriam relicto. Sed nec Leo prius, quam post reditum Friderici ex Italia Ducatum adiit. Rex Goslaria Magdenburgum perrexit, festumq; Paschatis præsentem Godehardo Cardinale & legato, ab Anastasio ad Regem missis, magna procerum frequentia egit. Multò hunc benignius tractavit Rex, quam anno superiori Eugenij legatum; missisq; vicissim suis ad Anastasium Pontificem legatis, non modò facti sui rationem, quòd Wicmannum Episcopum sine Apostolica auctoritate introduxisset in Magdenburgensem sedem, reddidit, sed & pallium pro eo petere est ausus. Id licet Otto Frisingensis commendet in Rege, tanquam post damnatas investituras prisca Cæsarum jura repetente, non tamen sine multorum in Romana Ecclesia offensione ea Regis importunitas, & Pontificis facilitas est accepta.

Disposita Saxoniam, Rex in Bojariam properavit, ad expeditionem Italicam maturandam; lustratoque in Octobri ad urbem Augustam exercitu florentissimo, per vallem Tridentinam in Italiam iter instituit. Inter Principes Imperij Henricus Dux Saxonie, Welfus patruus Henrici, Otto Wittelsbachius Bojariæ Comes, Bertholphus Dux Burgundionum, Henricus Comes Teclenburgicus numerati. Ex Episcoporum numero memorantur comites Arnoldus Colonienfis Archiepiscopus, Henricus Leodiensis, Eberhardus Bambergensis, & Wiboldus Corbejenfis Abbas noster, vir, ut diximus, multis legationibus

tionibus sub Lothario Imperatore & Conrado Rege Romæ perfun-
ctus, & cana sapientia religioneque aspectabilis, carusq; ob hæc Fri-
derico Regi; qui in omnibus consiliorum suorum arbitrum cum es-
se voluit. Mense Novembri Rex in campo Roncaliæ ad Padi fluminis
ripam haud procul Placentia castra posuit: istic (ut moris erat, singu-
los Romanorum Regum clientes beneficia profiteri, & accipere à Re-
ge) ex prælongo hastili scutum suspendit, & præconis voce Vasallos
evocat: præsentibus feuda concessa, absentibus adempta, atque ita
tum quidam Episcopi censi, in quibus Hartvicus Bremensis, & Ultri-
cus Halberstadiensis, salvo tamen Ecclesiarum jure.

Moritur per hæc Anastasius IV Nonas Decembris, haud multum
supra annum Pontifex; in cujus locum tertio post die lectus Hadria-
nus IV, natione Anglus: quem Eugenius Pontifex Episcopum Alba-
nensem crearat, legatumq; in Norwegiam miserat, à quo barbara &
rudis gens illa diligenter in lege christiana instructa, disciplina cleri,
& quies regni restaurata erat.

Sub idem tempus 2 Idus Decembris transijt ad immortalem vi-
tam Vicelinus Aldenbürgensis Episcopus, & magnus Sclavorum
Apostolus, post xxxv annorum ærumnas, & labores inter barbaras
illas gentes exantlatos: Hameliæ ad Visurgim oriundus, & Paderbor-
næ apud nos literis, & religiosa disciplina primùm excultus. Vir dum
viveret, & post obitum miraculis clarus. Corpus Falderæ conditum,
ossaque Divùm honore culta servataque à posteris. Res ejus gestas
copiosè descripsit Helmoldus, celebranturque ab omnibus Saxoniae
Scriptoribus.

In locum
Anastasi
Pont. de-
mortui
succedit
Hadria-
nus IV.

Obitus
Vicelini
Sclavo-
rum Apo-
stoli.
Crantz. lib.
Saxon.
Helmold. l.
i. c. 78.
Chron.
Sclavon.
c. 24.
Histor. Ar-
chiep.
Brem.

Annus Christi 1155.

Hadriani IV Pont. 1.
Friderici I Reg. 4. Imp. 1.
Bernardi I Ep. Pad. 28.

Annus jam MCLV processerat, cum Fridericus Rex, postquam
Lombardiam intrasset, obsessam ab Idibus Februarij Derthonam, ad
fauces Apennini montis, tandem Idibus Aprilis expugnat. Unde Pa-
piam triumphans ingressus, Rex Longobardorum coronatur. Tri-
duum ibi commoratus, Bononiam progressus est; celebratoque ad
eam urbem Pentecostes festo, Romam movet: præmissis Arnol-
do Coloniensi & Anselmo Ravennate, Archiepiscopis, qui cum Ponti-
fice de coronatione pertractarent. Hi elusis in itinere superbis Ro-
manorum civium postulatis, obvios habent Pontificis legatos, anx-
ios de adventu Regis, quod ignorarent, hostisne an patronus accede-
ret. At data à Rege fide de tutela Romanæ Ecclesiæ, fidis actum
utrimque animis; postulatufque Arnoldus Hæresiarcha, qui in ca-
stris regijs versabatur, resti addicitur, & igne consumitur. Sutrium
dehinc

Fridericus à Pontifice Imperator coronatur.

dehinc perrexit Rex, ubi Adrianus illi Pontifex occurrit; nec prius admisit ad pacis osculum, quam pro veteri more equum conscensuro stapedes teneret. Inde permissu Pontificis urbem Leoninam ingressus, ab Hadriano Pontifice 14 Kalend. Junij in Apostolorum Principis Basilica Imperator coronatur, senatu populoque Romano neque consulto, neque ad celebritatem invitato; tantum abest, quod hæterodoxi contendunt, ut à Senatu populoque Romano potestas dicendi Cæsarem requirenda sit. Quanquam ubi id rescitum in urbe, populus in furorem actus, in Germanos impetum fecerit. Et pugnatum ab hora diei decima in noctem: capti è Romanis ducenti: sauciati complures, & demersi in Tiberim. E Germanis, quod mirum dictu, unus tantummodò cæsus, unusque captus à Romanis. Cædes futura fuisset major, ni Pontifex iram mitigasset Imperatoris, & Henrici Ducis nostri, fortissimè inter cæteros depugnantis; quem admiratus Pontifex, multis post præmijs exornavit.

Hadrianus Pont. jura Cœnobij Corbejensis instaurat.


Sed nec minus beneficus Adrianus Pontifex, gratusque erga Wiboldum Corbejensem Abbatem nostrum, ob egregiam operam in hoc amico accessu congressuque Imperatoris, egregio diplomate omnia jura privilegiaque Corbejensis Cœnobij Apostolica auctoritate instauravit, Abbatemque & illustrem Saxoniae locum sacrum in peculiarem tutelam suscepit.

Adrianus Episcopus Servus servorum Dei. Dilectis filijs Guicboldo Corbejensi Abbati, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Officij nostri nos admonet et invitat auctoritas pro Ecclesiarum statu satagere, et earum quieti et tranquillitati salubriter auxiliante Deo providere; dignum namque et honestum et conveniens esse dinoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen Domino disponente assumpti sumus, eas et à pravorum hominum nequitia tueamur, et B. Petri atque Sedis Apostolicæ patrocínio muniamus, et suis jura et collatas dignitates benignitate debita conservemus. Eapropter, Dilecte in Christo Fili Guicbolde Corbejensis Abbas, devotionem, quam erga Apostolicam Sedem geris, diligentius attendentes, prædecessoris nostri sanctæ memoriæ Papæ Eugenij vestigijs inherendo, dignitatem prædecessoribus tuis per nostrorum prædecessorum Romanorum Pontificum privilegia tradita, nos quoque præstante Domino inconcussam volumus conservari. Quocirca presentis decreti auctoritate consedimus, et in præcipuis solemnitatibus sandalijs et Dalmaticanti, juxta altare sedere, populum infra commissum Monasterium vel Cellas, quæ attinent ad animæ tuæ salutem, docere, sicut prædecessoribus tuis à nostris prædecessoribus Romanis Pontificibus est concessum. Ipsum præterea Corbejense Monasterium, cui Domino authore, præesse dignosceris, sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quacunque bona idem Monasterium in presentiarum justè et canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum,

cum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Deo poterit adipisci, firma vobis vestrisque Successoribus, et illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Decimam videlicet de curia Luitwardessiu/ decimam de curia Severungen/ Decimam de curia Dabburg/ decimam de curia Mullenhusen/ Decimam de curia Buthelestorp, Decimam de curia Munden/ Decimam de curia Bodwicke/ Decimam de curia Runchusen/ Decimam de curia Beldernichusen, Decimam de curia Wuwelage/ Decimam de curia Homburstedde/ Decimam de curia Nienstedde/ Decimam de curia Volckmaressen/ Decimam de curia Luitmaressen/ Decimam de curia Luitheressen/ Decimam de curia Erden/ Decimam de curia Drumelichstorp/ Decimam de curia Lexiaci, Decimam de curia Castinaci, Decimam de curia Hottepe/ Decimam de curia Nuthlon, Decimam de curia Kefflike, Decimam de curia Nen, Decimam de curia Cropsfede, Decimam de curia Hemmentorp, Decimam de curia Holtbusen, Decimam de curia Groninge, in Frisia quandam possessionem, quæ vocatur Merten, et in eodem loco Ecclesiam de Linguerd. Insulam Rugianam, piscationem Hocvvar. Sancimus quoque ut ipsum Monasterium nulli omnino persona in beneficium cujuslibet occasione aliquando concedatur, sed semper sub protectione Romanorum Pontificum, atque Imperatorum, vel Regum defensione permaneat. Adicientes, quod Monasterium Heresburg cum Decimis circa montem per duas ristas Saxonicas, sicut à beata memoria Domino Leone Papa ex petitione Caroli magni Imperatoris, qui ipsum montem expugnauerat, collata noscuntur. Monasterium quoque in Groninga/ et Monasterium in Kemnade, nunquam ab eodem Corbeiensi alienetur Cænobio, sed per ipsius loci Abbatem semper regantur, et salubriter sub Monastica disciplina regula ordinentur, nec alicui facultas sit quicquam de bonis eorundem trium Monasteriorum ad usus et præbendam Domino ibidem famulantium pertinentibus commutare, in beneficium concedere, vel alienare sine assensu fratrum in iisdem Cænobiis manentium favore Corbeiensis Capituli. Volumus etiam ut Præpositura Clericorum Ecclesiæ S. Pauli, quæ vocatur nova Ecclesia sub eiusdem Corbeiensis Abbatis ordinatione sicut hætenus semper consistat, nec Abbati vel Præposito liceat Canonicorum præbendas absque Clericorum conventia in beneficium conferre, seu commutare atque distrabere. Præterea constitumus ut infra ambitum muri memorati Monasterii Corbeiensis nemo Clericorum vel Laicorum iure proprietatis vel beneficii mansionem aliquam ullo tempore habeat, sed totus ipsius loci ambitus Abbatibus, Monachorum, et aliarum religiosarum personarum usibus et habitationibus pateat. Prohibemus autem ut in eodem Monasterio nullus Episcoporum præter Romanum Pontificem liceat quamlibet jurisdictionem habere, ita, ut nisi ab Abbate istius Monasterii fuerit invitatus, nec missarum solemnitas ibidem celebrare præsumat. Ut igitur hæc omnia, quæ supra diximus, plenum in posterum robur obtineant, sicut in authenticis prædecessorum nostrorum privilegiis continentur, tam tibi, quam Successoribus tuis ea favoris nostri

nostri auctoritate confirmamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatum Monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisque persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi praesumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri IESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri IESU Christi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud districtum Iudicem premia aeternae pacis percipiant. Amen.

R
N
S
F



✠ Ego Adrianus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

✠ Ego Imarus Tusculanus Episcopus subscripsi.

B
E
V
Z

✠ Ego Guido Presbyter Cardinalis tt. S. Grisogoni subscripsi.

✠ Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis subscripsi.

✠ Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tt. S. Savinae ss.

✠ Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis S. Crucis ss.

✠ Ego Astaldus Presbyter Cardinalis tt. S. Priscae ss.

✠ Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Mariae in porticu ss.

✠ Ego Gerardus Diaconus Cardinalis S. Mariae in Via lata ss.

Datum Roma apud S. Petrum per manum Rolandi S. Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis et Cancellarii, V. Calend. Martii, Indictione . . . Anno Dominicae Incarnationis MCLIV Pontificatus vero D. Adriani PP. IIII Anno primo.

Qui in hoc diplomate Pontificis annus MCLIII, primus Hadriani scribitur, is ab anno ordinationis ac successionis deducitur ab anno superiori in Decembri factae; tametsi passim annus eius primus ab anno MCLV apud Baronium & scriptores numeretur, quod & prosequenti Adriani Pontificis diplomate monendum censui. Fueritque Wiboldus cum Arnaldo Colonienfi Archiepiscopo praemissus ad

iiii

iiii

ad

ad Pontificem, ut hæc Romæ mense Martio impetrare potuerit. Abbas erat Wiboldus; & Adrianus, antequam ab Eugenio Episcopus & Cardinalis crearetur, Abbas ejusdem instituti Benedictini fuerat. Quare ejus concilij & opera multum usus est apud Fridericum Imperatorem: aliudque vicissim Wiboldus diploma impetravit Herivordensi Ecclesiæ ac Virginum Collegio, quo jura & privilegia ejus Ecclesiæ renovantur, id priori hic conjungere visum fuit.

Ut & privilegia Collegij Herivordensis.

Adrianus Episcopus Servus servorum Dei, dilectis in Christo filiabus Judithæ Abbatisse Herivordensis Monasterii ejusque Sororibus tam presentibus quam futuris Canonicam vitam professis in perpetuum. Pia postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter emitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Eapropter dilectam Christo filia Judith Abbatisse, devotionem, quam erga Sedem Apostolicam generis diligentius attendentes, dignitatem antecessoribus tuis per nostrorum prædecessorum Romanorum Pontificum privilegia traditam. Nos quoque præstante Deo inconvulsam volumus conservari, et præfatum Monasterium, in quo divino mancipata estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scriptis privilegio communimus. Statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum justè et canonicè possidet oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci, firma vobis et his, quæ post vos successerint, et illabata permaneant. Sancimus quoque ut ipsum Monasterium nulli omnino personæ in beneficium quibuslibet occasionibus aliquando concedatur, sed semper sub protectione Romanorum Pontificum atque Imperatorum vel Regum defensione permaneat. Præterea consuevimus ut infra ambitum muri memorati Herivordensis Monasterii nemo Clericorum vel Laicorum jure proprietatis vel beneficii mansionem aliquam ullo tempore habeat, sed totus ipsius loci ambitus Abbatisse, Sororum, et aliarum religiosarum personarum usibus et habitationibus pateat. Prohibemus autem ut in eodem Monasterio nulli Episcoporum præter Romanum Pontificem liceat quamlibet jurisdictionem habere, ita ut nisi ab Abbatisse ejusdem Monasterii fuerit invitatus, nec missarum solemnia ibidem celebrare præsumat. Ut igitur hæc omnia, quæ supra diximus plenum in posterum robur obtineant, sicut in authenticis prædecessorum nostrorum privilegiis continentur, tam vobis quam his, quæ post vos successerint, ea favoris nostri auctoritate firmanus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, earum pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt omnimodis usibus profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate, et diocessani Episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisque persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisve

rifve sui dignitate careat, veamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri IESU Christi aliena fiat, atque in extremo examine districta ultioni subiacet. Cunctis autem eodem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri IESU Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

Ego Adrianus Catholica Ecclesia Episcopus subscripsi.

Ego Hubaldus Presbyter Cardinalis tt. S. Praxedis subscripsi.

Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tt. S. Savinae subscripsi.

Ego Julius Presbyter Cardinalis tt. S. Marcelli subscripsi.

Ego Ottavianus Presbyter Cardinalis tt. S. Ceciliae subscripsi.

Ego Johannes Presbyter Cardinalis tt. SS. Silvestri et Martini subscripsi.

Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Mariae in porticu subscripsi.

Ego Johannes Diaconus Cardinalis SS. Sergii et Bachi subscripsi.

Ego Gerhardus Diaconus Cardinalis S. Mariae in via lata.

Ego Odo Diaconus Cardinalis S. Nicholai in carcere tulliano.

Data Sutrii per manum Rolandi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis et Cancellarii, XVI Calend. Junii Indictione III Incarnationis Dominicæ anno MCLIV Pontificatus verò Domini Adriani PP. III anno primo.

Helmold. l. 1. c. 20. & 27.

In locum Vicelini Ep. Aldenb. sufficitur Geroldus.

Idem deinde Pontifex duobus alijs diplomatibus, in Tusculano territorio v. Idus Iulij consignatis, Wiboldum Abbatem, ob egregia in sedem Apostolicam merita, exornat; quorum altero Collegij Hervordensis administrationem illi pro veteri jure ac more confirmat; altero Monasterium Werle, juris itidem S. Petri, sed multum in sacris & profanis imminutum, ejus gubernationi instaurationique tradit; quæ hoc loco, ne lectori tædio simus, intermitteremus.

Henricum Leonem hac expeditione secutus Geroldus presbyter; quem cum dux in locum Vicelini Episcopum Aldenburgensem institueret, invito licet Hartwico Bremensi Archiepiscopo, qui id suo juri vendicabat; ob merita tamen Ducis Adrianus Pontifex cum Episcopum consecravit. Is ex Rectore Scholarum Brunswicensium, ob insignem castitatem doctrinamque sacrarum literarum, ad id munus est delectus; magnoque fructu Christi religionem Lubecæ & per Sclaviam, Apostolico videlicet exemplo, ipse & Berno, post Suerinensis etiam Episcopus, propagarunt.

Ceterum Fridericus Imperator ob æstivos calores morbosque, quibus miles absumi cœpit, iter in Germaniam repetit. Ex transitu Spoletum urbs ob civium injurias capta deletaque. Inde dum ad littora Adriatici maris procedit exercitus, ex confinijis occurrunt Palæologi Constantinopolitani Imperatoris Legati, munera Friderico Imperatori deferentes. Quibus auditis, inquit Otto Frisingensis, causaque viæ cognita, per aliquot dies secum detinuit. Dehinc, accepto Prin-

Wiboldus Corbeienfis Abbas.

cipum,

ipsum, qui cum eo erant, consilio, Guibaldum Corbeicensem simul et Stabulen- sem Abbatem regalem, virum prudentem et in curia magnum, in Græciam legatione ipsius ad regie urbis Principem junctum destinavit. Prima hæc atq; honorifica Wiboldo nostro legatio fuit ad Constantinopolitanum Imperatorem, postquam alteram etiam rogatu Friderici Imperato- ris suscepit.

At Imperator postquam eadem per vallem Tridentinam viâ redierat in Bojariam, abdicato Henrico Austrio, Henricum Leonem, ob egregiam in Italia præstitam operam, in Ducatum Bojariæ Idibus Octobris introduxit: jussique Bojariæ proceres juramentum fidei dicere. Itaille duos Germaniæ paternos Ducatus Saxoniam, & Bojariæ simul continuit; multumque intererat hunc potentissimum Germaniæ Principem sibi habere conjunctum, ne totam Saxoniam adversus se commoveret.

Ratisbonâ Wormatiam discessit Imperator ad indicta Principum comitia, ac jus publicum dicendum. Quo in conventu, qui per Natalitia Christi festa agebatur, postulati ad judicium Arnoldus Moguntinus Archiepiscopus, & Hermannus Palatinus. Ij, quia ob privatas inimicitias comperti sunt Rheni confinia per absentiam Imperatoris in Italia miscuisse prædijs, incendijs, & cædibus; voluit Imperator veterem Francorum & Suevorum legem reduci in usum, qua illustres generis homines capitis rei, antequam pœnas darent, ad augendam ignominiam, jubebantur canem ad aliquot millia passuum humero deportare, Ministeriales Sellam, rusticus aratri rotam. Qua lege in reos hocce renovata, jussi sunt Hermannus Palatinus, Emicho de Linnigen, Godefridus de Spanheim, Henricus de Catzenelenbogen, Conradus de Kirchbergen, Henricus de Ditsiden Comites cum hac infami Sarcina prodire in publicum: in Moguntino ob reverentiam senij & sacerdotij mitigata severitas, jussique ejus loco gestare canes Ludovicus Comes de Lochim, & Guilielmus Comes de Glisberg, alijque criminis participes.

Saxonia per hæc inter bona pacis otia quiescente, Bernardus Episcopus noster Hardehusanum Cœnobiū perfecerat, postquam jam quindecim annos in eo opere construendo dotandoque laborarat. Quare hoc anno festo Christi in cœlum ascendentis die, convocatis Ecclesiæ suæ præsulibus, Canonicis, ceterisque è nobilitate viris ac Ministerialibus, publicas foundationis & donationum tabulas condidit. Quæ cum integerrimi Episcopi pietatem, & syncerum religionis studium spirent, hic annalium nostrorum memoriæ interest referre.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis, Bernardus Dei gratia Paderbornensis Episcopus. Notum facimus universitati fidelium, precipue autem dilectis in Domino Paderbornensis Ecclesiæ filiis presentibus & futuris. Nos diuino instinctu pro laude Domini amplianda, & religione Ecclesiastica in Episcopatu nostro dilatanda, Cœnobiij cujusdam, quod Herswithehusen dicitur, fundamenta jecisse & inibi conversationem & ordinem Cisterciensium Monachorum,

quos

mittitur Legatus ad Imper. Constantinop.

Antiqua Francorum lege animadvertitur in turbatores Imperij.

Bernardus Episcopus tabulas foundationis Hardehusanæ condidit.

quos de campo maximi muneris loco accipere meruimus, fideliter instituisse. Ipsa ergo locum de nostri juris impendijs quasi decimatum Domino dicavimus, eumque in spem venia & retributionis eterna, nobis nostrisque Successoribus in Domini donaria separavimus. Quare autem eidem novella plantationi Domini, ut speramus, dextre inchoata contulimus, & officii nostri auctoritate firmavimus omni in posterum occasione iuste contradictionis amputata; hac sunt, locus ipse, ut praediximus, Hersfuithehusen cum suis pertinentiis, videlicet agris, campis cultis & incultis, pratis, pascuis, silvis, rivis, piscinis & piscationibus, communibus & privatis, in villa Scherve sex mansus cum pertinentiis, arvis & molendino de mensa nostra, pro quibus mense Episcopali amplius recompensavimus, videlicet curtem in Offenthorp, quam à David quodam Ministeriali nostro XX duobus talentis comparavimus. Duo mansus indecimales, quos à quodam Geranda duobus aliis in Nedere concambivimus. Tres mansus item indecimales Hagons de Wullenhusen, pro quibus dedimus praedictae Ecclesiae decimas in Thietlekeffen, & de tribus curiis Hallekeffen, Wichardenhufen, Laburgehusen, & mansum unum in Engere, & duos solidos de curte nostra Nedere. Mansus unus, quem dedit Ludolfus de Oldageffen, uxore sua & filiis suis assentientibus. Agri, quos ibi habuit Reinardus de Masenhem, pro quibus mansum nostrum in ea eadem villa sua recepit. Agri Ersbergensium, quotquot erant in Frenkenhusen, qui pecunia nostra comparati sunt. Triginta quinque jugera cum arca, quae cum fratre suo Conradus de Frenkenhusen sapedictae Ecclesiae gratis obtulit. Vixinti jugera aliori pecunia comparata. Tres mansus Alradi, quos à Bernero quodam emit, pro quibus dedimus praedium quoddam in Thessen, quod Gerardo mortuo filio ejus in beneficio dederimus, & post ab eodem filio amice redemimus. Decem jugera, quae dedit idem Alradus pro anima filii sui. Septem jugera, quae dedit Osbrandus & frater ejus. Quadraginta jugera Wernardi de Papenheime, pro quibus dedimus hereditatem nostram in Menne. Sex jugera, quae emimus ab Hagenne. Pastorem etiam in Scherve Episcopus alium non constituat, nisi quem Hersfuitchusensis Abbas ordinarit petierit. Duo mansus in Hodageffen, quos concambivimus, propria nostra hereditate in Burvehusen à Monachis de Sualenberg. Item in Hodageffen praedium quoddam ex hereditate Domini Heinrich Ducis, pro quo ei duos mansus in Roibeke, XX solidos persolventes restitimus. Quinque mansus in Ruthehusen de manu Ducis accepimus, quos Cunradus de Amelunkeffen ab ipso in beneficio tenuerat, & XIII librarum pretio inductus resignaverat. Tres mansus & X jugera in Rimbeka, quos Lucia à nobis in beneficio tenuerat, & resignaverat. Unum Vorverre in Riveninchen, pro quo Canonicis majoris Ecclesiae in Patherborn IIII solidos annuo persolvendos dedimus. Pro decimatione etiam, quam ex fundo loci ipsius reddere debebant Praeposito Ecclesiae B. Petri. Decem Hurmalder de curia in Selmenchusen persolvi constituvimus, ut ipsa fundi decimatio quiesca eis & absque ulla contradictione rata permaneat. Itemque aliam decimam ex pertinentiis loci ipsius, quem uxor Wermeri ejusque filii Wernerus, Hermannus pro remedio animarum ipsarum omnium in manus nostras tradiderunt, ipsis fratribus nostris in Hersfuithehusen contulimus. Ex omnibus his quaecumque potestati advocatix subjacebunt, ab omni ejus jure liberavimus, & pro eis alia videlicet Curbeke, Offenthorp, Dasburg, curiam in Wartherch, quae media vocatur, ei subjecimus. Istis determinatis, & omnibus, quae dilectissimi fratres nostri in posterum iustitia commite poterunt conquirere, pacem statuimus, eamque Dei Omnipotentis, & nostra auctoritate confirmamus. Fiant igitur in verbo Domini sicut Dathan & Abyron, & sicut Anania & Saphira omnes, qui locum illam, vel omnia, quae ad ipsum pertinent, aliqua temerare presumpserit injuria. Et ut inibi Domino servientes securè possint vacare, & videre quomodo suavis est Dominus, & nulla vicinorum injuria eorum perturbetur animus, eapropter prohibemus ab Christi fidelibus novatum suorum decimas quenguam exigere. Interdecimus insuper in omnibus locis, quae ad ipsos pertinent, vexationes ferarum, insectationes volucrum, & gener aliter omnia, quae ipsis & quieti eorum possunt esse contraria. Permittimus quoque, ejusdem loci Abbati, securam libertatem ordinis sui, ut nulla à Successoribus nostris fiat exactio suo ordini contraria institutionis. Ista ergo novella plantationis nostra instituta undique sic decuit Episcopali auctoritate firmari, sigilli quoque nostri impressione signamus, & banno beati Petri Apostolorum Principis omniumque post ipsum Sedis Apostolica Praesulum, & nostro sub anathematis periculo communitus. Facta est autem traditio haec in Capitolio Patherbornensi die Ascensionis Domini, anno ab Incarnatione Domini MCLV Friderici Regis IIII ordinationis nostra

*XXVII. Nomina testium, quorum presentia & autoritate haec firmata sunt subnotavi-
 nus. Bernardus Praepositus majoris Ecclesiae, Almarus Decanus, Thitmarus, Ebertus Praeposi-
 tus beati Petri, Evergissus, Yffo, Cunradus, Herbordus, Sifridus, Godescalcus, Bernhardus, Be-
 celinus, Luthewicus, Cunradus, Reinerus. De domo B. Petri & Andrea, Thegenhardus De-
 canus, Bernardus, Ruthegerus, Henricus, Volcmundus, Reiboldus, Herwicus, Hebertus,
 Hermannus, Walterus, Harewicus, Albertus. Liberi isti, Volcwinus advocatus, Wide-
 kindus frater ejus, Thitmarus de Buren, Werno de Sturmthe. De Ministerialibus Ludolfus
 de Osdagesen, Cunradus Stapel, Eilbertus Villicus, Helmuvicus, Hugo, Hermannus, Henricus.
 Hoc quoque annotare placuit, quod communicato consilio Canonicorum utriusque congrega-
 tionis societas & fraternitas cum fratribus in Hersvithebusen eodem loco & tempore hoc modo
 mutuo firmata est, ut tam pro vivis eorum quam pro defunctis secundum consuetudinem uni-
 uscujusque claustrum propriis fratribus debitam fideliter in Domino persolvatur orationis officium.

Quod exinde reliquum vitae habuit Episcopus, totum in hoc
 atque alijs Cœnobijs dotandis & exornandis collocavit, tam prospere
 rerum successu, ut suam ipse felicitatem suspectam haberet. Nam
 reclusum aliquando in Borgentrich apud nos Sacerdotem, quem
 conscientiae suae arbitrum, ob vitae sanctimoniam, consulere in mo-
 re habebat, ob hanc sollicitudinem adjit: Bellum, inquit, con-
 tra potentem Comitem de Arnsberg, qui Ecclesiam meam infestabat, mul-
 tis impensis gessi: nihilominus ex quo Cœnobium Hardehusanum condere
 cepti, tam affluenter mihi omnia proveniunt, ut magnopere verear, ne haec
 merces mihi hujus vitae à Deo tantummodo compensata sit, et defraudan-
 dus sim in altera post obitum vita. Ad quæ Sacerdos: absit in illas angus-
 tias cogitationes venire: Dei liberalitas est, bene de se meritis in utraque vi-
 ta remunerare. Quin ideo tam largus in te est, ut liberalior in alios esse pos-
 sis. His dictis ita recreatus est, ut exinde multò liberalius omnia
 sua in pauperes & religiosos converteret: tantumque adamavit reli-
 giosos hujus Cœnobijs, & locum, ut in eo humari voluerit.

Accessit hoc anno Adriani quoque Pontificis, & Friderici Im-
 peratoris diploma, quo uterque rogatu Bernardi Episcopi Hardehu-
 num Cœnobiium confirmat & in tutelam suscipit.

Adrianus Episcopus Servus servorum Dei, dilectis filiis Volberto Ab-
 bati Hersvithebusensis Monasterii, ejusque fratribus, tam presentibus quam
 futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Quotiens illud à nobis pe-
 titur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos docet liben-
 ti concedere, et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapro-
 pter dilecti in Domino filii venerabilis fratris nostri Bernhardi Patherbur-
 nensis Episcopi, qui Ecclesiam vestram sumptibus suis construxit, precibus
 inclinati, eandem Ecclesiam sub B. Petri et nostra protectione suscipimus, et
 presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut quascunque posses-
 siones, quacunque bona eadem Ecclesia in presentiarum justè et canonicè pos-
 sidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Princi-
 pum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis Deo propitio poterit adipisci,
 summa vobis vestrisque Successoribus et illabata permaneant. Sane novalium
 vestrorum,

Adrianus
 Pont. &
 Frideri-
 cus Imp.
 Cœnobi-
 um Har-
 dehusa-
 num
 confir-
 mant.

vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, aut de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omninò à vobis decimas exigere præsumat. Decernimus ergo ut nulli omninò hominum liceat præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, et à sacratissimo corpore et sanguine Domini nostri *JESU* Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri *JESU* Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Datum apud civitatem Castellæ per manum Rolandi sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri Cardinalis et Cancellarii, III Idus Junii. Incarnatione III anno Domini *MCLV*, Pontificatus vero Domini Adriani Papæ IIII anno primo. Ego Adrianus Catholice Ecclesiæ Episcopus. Ego *Imarus* Tusculanus Episcopus. Ego *Guido* Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in porticu*. Ego *Johannes* Diaconus Cardinalis *Sergii et Bachi*. Ego *Gerardus* Diaconus Cardinalis *S. Mariæ in via lata*. Ego *Odo* Diaconus Cardinalis *S. Nicolai in carcere Tulliano*. Ego *Guido* Presbyt. Cardinalis. Ego *Hubaldus* Presbyter Cardinalis *S. Prædixis*. Ego *Mansfridus* Presbyter Cardinalis *S. Savinæ*. Ego *Julius* Presbyter Cardinalis *S. Marcelli*. Ego *Bernhardus* Presbyter Cardinalis *S. Clementis*.

Diploma Imperatoris Friderici haud minus illustre; quo non obscure simul dilaudat Episcopi nostri pietatem, & religionis studium, tanquam qui omnia sua bona per industriam in Episcopatu conquesta eroget in egenos & religiosos homines alendos dotandosque.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Notum sit universitati fidelium tam presentium quam futurorum, quod ego *Fridericus* Dei gratia Romanorum Imperator *Augustus*, velocem et momentaneum rerum temporalium transitum intuens, solos eos prudenter transitoria dispensare iudico, qui in thesauros cœlestes per manus pauperum ea reponentes omnino transire non permittunt. Venerabilis igitur et dilecti nobis *Bernhardi* Patherburnensis Episcopi studium et devotionem, quam in pauperes Christi habet, commendo et magnifico, certus, quia eadem, quam mensus fuerit, immò superhabundanti, et superfluenti mensura recipiet, quidquid in usus pauperum in æterna tabernacula se recipientium erogaverit. Ecclesiæ igitur, quam in *Herfudehusen* iniciavit, et divina cooperante voluntate ad consummationem usque

usque perducet, quacunque vel ipse, vel aliorum quilibet fidelium ad sustentationem pro Christo pauperum ibidem Deo famulantium delegavit atque contradidit, rata et inconzussa permanere volumus, et firma regali censura et auctoritate stabilimus et confirmamus. Si quis autem quicquam eorum, que prenominata a Ecclesia possidet, ausu temerario auferre tentaverit, ut reus regia etiam majestatis, tanquam sanctionum regalium contemptor et violator appareat, sigilli nostri impressione cartam auctoritatis nostre insigniri fecimus. Anno Dominica Incarnationis MCLV. Judicatione III. anno regni nostri V. imperii vero primo.

Annus Christi 1156.

Hadriani IV Pont. 2.

Friderici I Reg. 5. Imp. 2.

Bernardi I Ep. Pad. 29.

Imperator exinde per sequentis anni initia ad inferioris Rheni partes descendit, transgressusque in Westfaliam, Monasterij Pascha cum Friderico ejus loci Episcopo, magno procerum comitatu, celebravit. Hunc siquidem Episcopum, quocum Aquisgrani lætis simul auspiciis inunctus erat, magno semper in amore habuit. Perlustratâ Westfaliâ in Ostfaliâ transijt ad conventum Principum, quem Halberstadij Cal. Maji indixerat. Inde, qui transvolantium per Imperij provincias Cæsarum adhuc mos erat, in Bojariam transijt; celebratoque festo Pentecostes Kelheimij in castro Ottonis Wittelsbachij, Herbipolim concessit; qua in urbe, dimissâ jam priori conjugē, Beatricem Reinaldi Burgundionum Comitis filiam matrimonio sibi jungit. Tandem Ratisbonæ in publicis Imperij comitijs, quæ mense Septembri agitabantur, ex integro omnis controversia inter Henricum Leonem Saxonie nostræ Ducem, & Henricum Austriae Marchionem est composita: cessitque liberè Austrius Leoni omne jus, quod obtendebat in Bojariæ Ducatum; vicissim Austrius Ducatus titulus relictus; quem ne inanem haberet, Imperator ex Principum consensione Austriae Marchionatum convertit in Ducatum, comitatibus etiam quibusdam adjunctis. Hactenus enim Marchionatus Austriae, Stiriae, atque Istriae antiqua Bojorum Ducum jurisdictione continebatur, nec à comitijs Bojariæ abesse fas erat, quoties à Duce vocarentur ordines. Magnificum hac super re diploma descriptum superest. Liber inde & hereditarius Ducatus Austriae, qui postea tot Cæsares dedit Imperio Romano.

Inter hæc moritur xiv Maji Arnoldus Coloniensis Episcopus, magno omnium luctu, quem virum acuti ingenij, pacis & justitiæ amantissimum, bellicis publicisque rebus expertissimum commendant Scriptores; quippe qui jam antè Conrado Imperatore Cancellarij munere, multisque legationibus defunctus erat. A morte Arnoldi haud leve schisma ortum, eò quòd Præpositi & Abbates Gerhardum Bonnensem Præpositum; Canonici verò Fridericum Adolphi Altenæ

Albert. Stadens. Crant. lib. 6. Saxon. c. 18. Chron. Mont. Severen. Otto Frising. lib. 2. de gestis Friderici I. Imp.

Gevolus. Canisius tom. 1. antiq. lect. Andreas Ratisb. Presby.

Otto Frising. lib. 2. c. 32. Trübem. Merseus in Episc. Colon. Clemsorg.

Kkkk

& Mon.

Arnoldo
Arch.
Colon.
defuncto
succedit
Frideri-
cus Co-
mes Al-
ten.

& Montium Comitis filium delegissent. Sed hoc malum prævertit Fri-
dericus Imperator, utramque partem dissidentem Ratisbonam ad co-
mitia postulando. Ibi postquam ab Episcopis & Principibus Friderici
electio meliore Canonicorum suffragatione probata, Imperator pri-
mo regalibus donatum ad Pontificem Romam misit consecrandum.
Hactenus Otto Frisingensis, quem Radevicus narrando excipit.

Annus Christi 1157.

Hadriani IV Pont. 3.

Friderici I Reg. 6. Imp. 3.

Bernardi I Ep. Pad. 30.

Radevicus
Chron.
Mont. Sa-
ren.
Chron. Pe-
gav.
Byovv. lib.
14. annal.
Trevir.
Dodechin.
Bellum
Poloni-
cum feli-
citer ab
Impera-
tore su-
sceptum.

Summa tum per Imperium, ut Radevicus refert, tranquillitas
erat. Tanta nimirum Æthenobardi Imperatoris erat majestas terror-
que, ut ne commovere quidem se auderent inquieta Reipublicæ ca-
pita: tanquam mutati homines, terra alia, cælum ipsum mitius
molliusque videretur. Ne tamen inter pacis, ut sit, otia, torperet,
bellum Polonicum agitabat cum animo. Igitur postquam sub ini-
tium anni Treviros adiisset, Pascha WORMATIÆ celebravit: ubi in con-
ventu Principum bellum Polonicum decretum. Urgebat id Impe-
rator, ut Ladislaum profugum Regem restitueret, & Polonos ad tribu-
tum & obsequium Imperij, quod Conradus Rex ausus non erat, vi ar-
morum compelleret. Moto per angustum montem exercitu Polo-
niam interiorem ingressus, Boleslaum Principem cum Ruthenorum,
Borufforum & Pomeranorum exercitu in fugam abiecit; vastatâq; ad
extremum Poloniâ, compulit supplicem venire, prostratumque ad
pedes Imperatoris duo marcarum millia Imperatori, Principibus mil-
le, Imperatrici xx auri marcas, curiæ cc marcas argenti pendere, fiste-
reque se Magdenburgi per festa Natalitia in conventu Principum ad
fidem jurandam. Victor è Polonia reversus Herbipoli Manuels
Græcorum Imperatoris Legatos audivit. Munera hi simul ferebant
ab Irene Imperatrice, Conradi Regis sorore, ad Fridericum Conradi
filium adolescentem, Sueviæque Ducem. Verùm quòd insolenti ver-
borum morumque fastu Græcum tumorem ostentarent, statuit non
admittere in conspectum. Post ipsorum Legatorum aliorumque
precibus flexus audiit, remisitque Constantinopolim. Nec multo
post, aut certè anno proximo suos quoque legatos misit Fridericus ad
Græcorum Imperatorem; quos inter Wiboldus Corbeiensis Abbas
alteram hanc legationem rogatus ab Imperatore suscepit; ex qua al-
tero demum anno rediens in Græcia moritur (uti id in auctore Chro-
nici Pegaviensis annotatum lego) nec sine veneni suspitione. Quam
ob causam legati Græcorum Imperatoris, qui anno 1159 ad Frideri-
cum Imperatorem missi aderant, refugerunt comitia nostrorum
Principum intrare, nisi publica primùm fide Principum data securi ef-
sent; quod ob tanti viri acceleratam veneno mortem aut suspecti, aut
invisi

Wibol-
dus Ab-
bas Cor-
beiens. in
Græcia
moritur.
Chron. Pe-
gav.
Radevicus
lib. 2. c. 22.

invisi haberentur ab Imperatore & Imperij Principibus. Tanto tum in pretio & amore erat Wiboldus Abbas, ob sapientiam, & operam tot legationibus pro Imperio sub tribus Germaniæ Imperatoribus præstitam; uti hæc Radevicus scribit. Quapropter Guntherus Lingurinus poeta de Wiboldo nostro.

Insignis meritis, et clara stirpe creatus.

Annus Christi 1158.

Hadriani IV Pont. 4.

Friderici I Regis 7. Imp. 4.

Bernardi I Ep. Pad. 31.

Imperator post celebrata Vefontione in Burgundia Principum comitia, in quibus ob legatos Pontificis acerbius tractatos cum Adriano Pontifice collisus est, in Saxoniam properavit ad conventum Principum, quem fine anni per Christi Natalitia Magdenburgi celebrem habuit. Eò cum ad constitutum diem non venisset Boleslaus ac Poloni ad jurandam fidem, iter in Bojariam reflexit, & Ratisbonæ in comitijs Ladislao Bohemorum Duci regiam coronam imposuit. Inde transito Francofurto, ad inferiores Rheni partes transijt, & Passcha in Cæsaris Insula ad sepulchrum D. Suiberti celebravit; ubi præclaro diplomate Hartwico Bremensium Archiepiscopo omnia bona & privilegia Ecclesiæ Bremensis à Carolo M. & ceteris Imperatoribus data instauravit. Testes, qui Imperatori adfuere, Fridericus Coloniensis, Gotfridus Trajectensis, Fridericus Monasteriensis, Philippus Osnabrugensis Episcopi. Albertus Aquensis, Gerhardus Magdenburgensis, Thibaldus Sanctensis, Arnoldus S. Andreae, Bruno item S. Georgij Coloniae, Otto Bremensis, Hartwicus Hammaburgensis, Udo Ramaslenfis Præpositi. Henricus Dux Saxoniae, Conradus Comes Palatinus de Rhenò, Ludovicus Comes de Are, Theodoricus Comes de Cleve, Hermannus Comes de Kuke, Adolphus Comes de Monte, Simon Comes de Tekeneburg, Otto Comes de Ravensberga. Tabulæ hæc à Reinoldo Cancellario Moguntino Archiepiscopo & Archicancellario recognita, datæque in Verda S. Suiberti, x Calend. Maji. Indictione 6. Anno Incarnationis MCLVII.

Radevicus Chron. Montis Sereni. Ursbergensis.

Diplom. Brem.

Hoc comitatu, indefesso labore, Imperator peragrabat provincias; atque, ut Radevicus scribit, omnem sibi diem perire fatebatur, quo non aliquid de Imperij commodis, aut de jure redintegrando, & justitia conservanda disposuisset.

Constitutà ad Rhenum inferiorem, ac per Frisiam Westfaliam que Republicà, Wormatiam reflexit iter, ad secundam expeditionem in Italiam, quam ad insolentiam Mediolanensium refrenandam suscepit: collectoque ad Augustam Vindelicorum exercitu ex omni Germania (quem Radevicus centum millium armatorum, Dodechinus quinquaginta millium censet) post Pentecosten iter est ingressus. Inter Episcopos accessere Arnoldus Moguntinus, Fridericus

Friderici Imp. expeditione altera in Italiam contra Mediolanenses.

Colonienſis, Hillinus Trevirenſis, Archiepiſcopi: Conradus Eſta- denſis, Damicho Pragenſis, Hermannus Verdenſis, Godehardus Her- bipolenſis, Epifcopi. Inter Principes Ladislaus Rex Bohemiæ, Henri- cus Leo Dux Saxonix & Bavarix, Fridericus Dux Sueviæ, Henricus Dux Auftriæ, præter ingentem Abbatum, Marchionum, & Comi- tum multitudinem. Poſtquam in Lombardiam perventum, incen- ſis omnium animis cœpta eſt urbs 8 Calend. Auguſti obſideri; cœ- que fame, peſte, ferro, & pertinaci oppugnatione deducta eſt, ut 6. Idus Septembris ſupplex ſeſe clementiæ Cæſaris permiferit, Statuerat Cæſar ſeveriori exemplo animadvertere in cives; ſed Principum & Epifcoporum precibus mitigatus, recepit illos in gratiam. Poſt hæc totius Italiæ comitiã indixit, in quibus de ſtatu Italiæ tranſactum; feſſuſque exercitus in hiberna dimiſſus eſt.

Bernardi
Ep. ſtudi-
um divini
cultus
promo-
vendi.

Per hos poſteriores annos vitæ ſuæ Bernardus Epifcopus noſter jam ſenio gravis, nec ad conventus Principum, nec ad Cæſaris au- lam inter Epifcopos multum acceſſit; maxima verò ejus occupatio & ſtudium fuit in conſervanda cleri diſciplina, & luſtrandis dotandif- que Cœnobijſ quatuor, à ſe conditiſ: nec aliud hiſ donationibus quæſitum, quàm ut religioſorum hominum precibus ſecurum ſibi ex hac vita exitum à Deo impetraret; id quod ſyncero pietatiſ affectu in omnibus ejus literiſ legitur. Quarè modò Wilbacenſi, modò Gerdenſi Virginiſ Cœnobijſ: modò Hardehuſaniſ, modò Helm- wardeshuſaniſ donationum tabulas, quæ apud noſ extant, conſigna- vit. Nec præter Meinwercum adhuc ullum reperio Epifcopum noſtrum, qui majori largitate omnia ſua in Eccleſiaſ & Cœnobia expenderit. Ex varijs literiſ juvat unas proferre, anno ſuperiori Helmwardeshuſaniſ dataſ, ex quibus, ut in ceteriſ, de religioſiſſi- mi Epifcopi pietate, modeſtia, conſtanti divini cultuſ propagandi ſtudio æſtimare licebit.

Bernardus Dei gratia Patherbrunnenſis Epifcopus. Omnibuſ fidelibuſ Chriſti tam præſentibuſ quàm futuris. Quoniã benignuſ Dominuſ, qui abundantia pietatiſ ſuæ & meritiſ ſupplicium excedere novit & vota, de pulvere humilitatiſ noſ ſuſcitare dignatuſ eſt & erigere, ut collocaret cum principibuſ populi ſui ſuper ſolum pontificaliſ gloriæ, dignum eſt noſ de beneficiorum ejuſ per omnia non immemoreſ exiſtere. Sed quia gratuitaſ largitatiſ ejuſ ex æquo reſpondere non poſſumꝰ, conveniẽſ eſt, quo ſanctiſ ejuſ aliquod noſtra de votioniſ obſequium offeramus, & quia reverentia & honor ipſiſ impenſuſ in eum propter quem im- penditur recurrit, eorum patrocinioſ veniam exceſſuum noſtrorum impetremꝰ, quàm noſtriſ meritiſ obti- nere diſſidimus. Placuit ergo nobiſ Eccleſia Beata Dei genitriciſ Mariæ, ſanctique Petri Apoſtolorum Principiſ in Helwardeshuſon manſum unum & dimidium in villa Haldiggen dicta cum duabuſ areiſ & omnibuſ utilitatibuſ ad eaſ pertinentibuſ ad uſuſ fratrum in præſata Eccleſia Deo ſervientiũ cum conſilioſ fidelium noſtrorum tradere, conſentiente pariter & roganteſ Iohanne, qui eaſ in beneficioſ à nobiſ acceperat. Volumꝰ autem & in verbo Deiſ decernimꝰ idem prædium cum abſolutum fuerit, à Iohanne in præbandam fratrum pro remedio anime noſtraſ permanere. Præterea tradimꝰ eidem Eccleſiaſ decimas noſtaliũ, quacunqꝰ Patreſ ejuſdem loci poterunt elaborare; ut autem hac traditioſ noſtra, quæ ſine alicujꝰ perſoneſ reclamatiõneſ facta eſt, rataſ permaneat, impreſſioneſ ſigilliſ noſtriſ & banniſ noſtriſ obteſtationeſ roboramꝰ, ut cum demoni- buſ portioſ ejuſ ſit. Si quiſ eam forte, quod abſit, temerareſ vel infringereſ præſumpſerit. Hujꝰ traditiõniſ teſteſ ſunt Canoniciſ majoriſ Eccleſiaſ Bernharduſ Præpoſituſ, Almaruſ Decanuſ, Thietmaruſ, Ecbertuſ, Rein- bertuſ Præpoſituſ, Sigfriduſ, & alijſ quàm plureſ. Laiciſ vero Boimunduſ, Luidolduſ, Heinricuſ, Helm- wicuſ, & alijſ multi. Dataſ V. Calend. Apriliſ, anno Dominiſ Incarnatiõniſ MCLVII Indictiõneſ V.

Annus

Annus Christi 1159.

Hadriani IV Pont. 5.
Friderici I Regis 8. Imperat. 5.
Bernardi I Ep. Pad. 32.

Alter nunc annus procedit, quo Imperator Italiam ingressus, cum Mediolanensibus mox ad rebellionem relabentibus decertat, producta in tertium annum operosa & cruenta obsidione. Sed hoc ipso anno cum excederet e vita Calend. Septembris Adrianus Pontifex, teterrimum rursus schisma conturbavit Ecclesiam. Nam ab Adriani excessu viginti tres e Collegio Cardinalium elegere Rolandum Cardinalem, Apostolicæ Sedis Cancellarium, virum doctrina & omni virtutum genere ornatissimum, assentiente clero, & populo Romano, & Alexandrum eo nomine III dixere; cui D. Bernardus id jam diu ante præfagierat. Contra duo tantum Cardinales Joannes S. Martini, & Guido S. Calixti protrusere Octavianum S. Cæciliæ Cardinalem, quem Victorem IV appellarunt, hominem adeo ambitiosum, ut cum Alexandrum videret in Pontificali habitu, eponidem ipsi detraxerit, sibi que sumpserit. Is quia Romanos quosdam tam e clero, quam populo in factionem suam pertraxerat, ausus est se ferre Pontificem, & Fridericum Imperatorem implorare patronum. Imperator, qui jam ex alijs dissidijs adversus Apostolicam Sedem exacerbarus, sibi eam potestatem sumpsit, ut iudicium de Pontifice vero iustoque commiserit Episcopis illius Conciliabuli Ticinensis; ex quo fœdum hoc schisma, quod in xx annum protractum, defensione Victoris Pseudopontificis, magno nominis sui apud posteros dedecore, suscepit, omnemque gloriam hoc turpi facinore obscuravit.

Radevicus.
Ursberg.
Wilhelm.
Nenber.
Baronius.
Gobelin. a.
tat. 6. c. 60.
Schisma
in Eccle-
sia, quod
fovet Fri-
dericus
Imp.

Annus Christi 1160.

Alexandri III Pont. 1.
Friderici I Reg. 9. Imper. 6.
Bernardi I Ep. Pad. 33.

Anno dehinc proximo, qui Christi erat MCLX, secundo Februarij die, coactum auctoritate Imperatoris pro Pseudopontifice Victore stabiliendo Conciliabulum Papiense, cui ex Germania interfuisse memorantur Arnoldus Moguntinus, Hartwicus Bremensis, Hillinus Trevirensis, Reinaldus Coloniensis, qui jam Friderico in Italia mortuo, Cæsaris gratia, ex Cancellario subrogatus erat, Wickmannus Magdenburgensis, tum alij cum Verdensi Episcopo. Quanquam multi ad Conciliabulum hoc evocati, se cum Eberhardo Salisburgensi, Alberto Frisingensi, Hartwico Ratisbonensi, alijsque subtraxerint: neque ipse etiam Hillinus Trevirensis Archiepiscopus interfuerit, ut falsa sit gloriatio Eberhardi Bambergensis Episcopi in epistola. Solus Trevirensis de regno nostro superest in parte illa Archiepiscoporum, qui non consenserunt; fallatq; index, qui nomina Episcoporum ejus Conciliabuli exhibet.

Radevicus.
Ursberg.
Sigonius.
Baronius.
Serrarius
in Arnoldo.
Ingentes
in Eccle-
sia turbæ,
ex schis-
mate
profectæ.

nradius Eysta.
ehardus Her.
emia, Henri-
æ, Henricus
n, & Comi.
ntum, incen-
obsideri; cõ-
ucta est, ut 6.
erit. Statuerat
Principum &
m. Post hæc
transactum;

scopus noster
d Cæsaris au-
us occupatio
adis dotandis
lonationibus
curum sibi ex
etatis affectu
ncensi, modò
modò Helm.
ant, signa-
o Episcopum
& Cœnobio
no superiori
de religiofissi-
s propagandi

presentibus quam
um excedere novit
principibus populi
memores existere.
tis ejus aliquod no-
propter quem im-
ostriis meritis obli-
osolorum Principis
s arcis & omnibus
m consilio fidelium
ceperat. Volumus
abendam fratrum
m, quacumq; Patres
e reclamazione fa-
i; ut cum dantoni-
Hujus traditionis
us, Ecbertus, Rein-
Henricus, Helm-
Indictione V.
Annus

exhibet. Post impium illud Papiense Conciliabulum Victor Pseudopontifex Alexandrum, contra Alexander Victorem diris devovet, scriptis simul ad omnes orbis Christiani Reges & Principes literis, quibus Cæsar ut obtruderet Victorem, Reinoldum Coloniensem Archiepiscopum, ortum ex Comitum de Dassel genere, mittit ad Reges Franciæ & Angliæ cum Adolpho Schawenburgensi Comite: Virdunensem Episcopum in Hispaniam: Pragensem Episcopum in Ungariam, alios aliò. Inde dimissis in Germaniam Principibus, ipse cum ceteris, quas retinuit, copijs Mediolanum vario belli eventu oppugnat. Inter Principes, qui in Germaniam rediere, fuit Henricus Leo Dux Saxonix. Is ob Sclavorum rebellionem evocatus, Saxones collegit; ingressusque cum Marchione Theodorico Sclavorum regiones, ferro & populatione omnia vastat; occisoque ex insidijs Niclotogentis regulo, Sclavos ad accipiendam Christi religionem permovet, & pro victoris arbitrio Episcopatus instituit. Tunc Geroldum Aldenburgensem, Evormodum Raceburgensem & Bernonem post multas ærumnas a Barbaris perpeffas Suerinensem Episcopum, potestate à Friderico Imperatore impetrata, imposuit. Ab his Episcopis fidem clientelaris obsequij exegit; quod utrumque contra jus sacrum fecit, cum Pontificis & Metropolitanus sit, Episcopos imponere; eòque tot querelis à Bremensi Archiepiscopo actum. Sed ut Imperator, ita & ille per hæc convulsa Ecclesiæ tempora manus injecit in sacra. Redijt & Arnoldus Moguntinus Archiepiscopus, magna cum Reinoldo Colonienfi Archiepiscopo hujus schismatis bellique tuba ad Trevirensè Conciliabulum; sed malè exceptus à suis, ipso die S. Joanni Baptistæ nascenti sacro, inter Missarum solemnias trucidatur à furentibus Moguntinis civibus. Hæc vindicis numinis pœna hunc auctorem schismatis consecuta; quemadmodum ceteræ legationes Cæsaris infelices fuere. Nam ut Helmoldus præter ceteros eorum temporum scriptores, Ecclesia Hierosolymitana & Antiochena, omnesq; in Oriente; omnis præterea Francia, Anglia, Hispania, Dania, & omnia, quæ toto orbe Christiano sunt, Alexandrum Pontificem suscepere. Inter religiosorum ordines nemo Alexandri Pontificis defensionem ferventiùs constantiùsque suscepit, quàm Cistertiensium ordo; censebatque is Archiepiscopos, Episcopos & Abbates, plus quam septingentos, quos idem Imperator è Germania proscripsit. Hujus præterea Cæsaris edicto imperatum, ut Episcopi, qui Victorem Pontificem non reciperent, sedibus suis pellerentur. Tanta Cæsaris vecordia erat: tantumque erat incidisse in Consiliarios & ministros, qui inflammati odio in Pontificem Imperatoris mentem accenderent, quam restinguere debebant. Impia Henriciani schismatis tempora redierant. Visusque Albertus & Liemarum in Arnaldo Moguntino, & Reinaldo Colonienfi resuscitatis. Hinc alij per Germaniam & Saxoniam Episcopi Victori Pseudopontifici: alij Alexandro vero Pontifici

fici hærebant: alij incerti fluctuabant utri se jungerent. Stumpfius quidam Suevus scriptor, Bernardum Episcopum nostrum inter schismaticos computat, forte ab Ursbergensi abductus, quod scribat Moguntinum Archiepiscopum cum suis suffraganeis Episcopis consensisse in electionem: aut quod Radevicus referat Arnoldum Moguntinum Archiepiscopum cum XIV suffraganeis interfuisse, & consensisse; quemadmodum id ceteri etiam Archiepiscopi fatentur in illo indice, se cum suis suffraganeis interfuisse, ac consensisse; cum tamen hi suffraganei Episcopi nec recensentur, nec non nisi paucos admodum interfuisse, aut per literas post consensisse verisimile sit; quando in epistola ad Salisburgensem Archiepiscopum apud Radevicum refertur, Moguntinum, Coloniensem, Magdeburgensem & Bremensem Archiepiscopos cum nonnullis suffraganeis interfuisse; Archiepiscopos vero pro suis suffraganeis consensisse. Nec aliquem præter Hermannum Verdensum Episcopum ex Saxonibus reperio interfuisse. Certè Bernardus Episcopus noster cum Friderico Imperatore nunquam Italiam intravit; senio enim jam confectus erat: nec per literas etiam consensisse obtendi potest, quando ipsum Alexandrum verum Pontificem coluit. Argumento sunt indulgentiæ, quas primo anno ejus Pontificatus, qui à Septembri superioris anni deducitur, ab Alexandro impetravit; ita enim Gobelinus noster. *Idem Papa Alexander III concessit visitantibus Ecclesiam Paderbornensem in die anniversariæ Dedicationis ejusdem XL dies, Nonis Octobris, Pontificatus sui anno primo. Deinde eodem anno IV Idus Octobris concessit visitantibus eandem Ecclesiam Paderfontanam in die Annunciationis B. Mariæ Virginis XL dies indulgentiarum.* Satis hæc esse possunt, ut Bernardum Episcopum nostrum à nota schismatis absolvamus. Vixisse autem ad hunc, in quo

Radevicus
lib. 2 c. 70.
Indulgentiæ
Ecclesiæ
Paderb.
ab Alex-
andro
Pont. da-
ta.

versamur, annum Bernardum Episcopum, testes sunt hæc supremæ, quas reperio, donationum tabulæ, Hardehusano Cœnobio scriptæ. *In nomine sanctæ & individue Trinitatis. Provide et rationabiliter Ecclesia Dei Sanctorum Patrum providit auctoritas, ut ea quæ Ecclesiarum sunt, eis in suo jure pro privilegiorum auctoritatem conferrentur, & quoniam dies mali sunt, omnis malignandi facultas canonica severitate amputetur. Noverit ergo omnium Christi fidelium universitas, quod ego Bernardus Paderbornensis Ecclesiæ humilis minister Ecclesiæ in Herwidchesen quam in honore beatissime Dei genitricis Mariæ pro remedio anime meæ & omnium meorum, qui Ecclesiæ Paderbornensi ante me præfuerunt, & mihi in ea successuri sunt, construxi unam domum ad manendum & tres ad saluandum in Salifoten tradidi, & unam domum in Paderborn juxta viam, quæ de foro dicitur ad urbem eidem Ecclesiæ dedi, partem quoque campi qui dicitur Drus, quæ situm est à via, quæ de Apenhusen ducit per Colstedum versus Austrum Deo ibidem servientibus ad pascua gregum suorum, & ad omnem utilitatem confirmavi, nec non & tertiam partem indomitaram equarum mearum pro abolitione omnium peccatorum meorum in super contradidi. Hæc autem recte & rationabiliter acta Episcopali auctoritate confirmavimus & sigilli nostri impressione roboravimus. Testes hujus rei sunt Sifridus Præpositus, & Manuoldus. Laici Ludolfus frater ipsius Episcopi, Rodolfus, Rocherus. Acta sunt hæc anno Dominica Incarnat. MCLX.*

At non multum ab his superstes Bernardus Episcopus noster; quem Deus ex hoc turbulento Imperij statu, jam laboribus fractum, & senio fatiscentem, hoc ipso anno, XVII Calend. Augusti, ad im-

Obitus
Bernardi
Episcopi
in Cœ-

mortalem

mortalem vitam evocavit. In hunc mensis diem conveniunt omnia Necrologia Cœnobiorum hujus Diœcesis, Abdinckhoviani, Hardehusani, Mariæ-Monasteriensis, Gerdensis, Herifiensis, Wilbacensis; in quibus anniversaria hæc dies, in sacris ex grata donationum & beneficiorum memoria præscripta peractaque est. Accedit Necrologium Cathedralis Ecclesiæ & Buxtorffiani Collegij in Notis ad Martyrologium Bedæ, in quibus idem dies anniversaria ejus memoria consecratur cum stipendio sacro Sacerdotum. Annus mortis hic idem est MCLX consignatus ab Auctore vitæ, qui triginta tres annos Episcopatum gessisse scribit; quemadmodum & nos res ab eo gestas per hos annos ordine deduximus. Totidem annos præfuisse memorat Chronicon Stederbergense, in quo disertè refertur anno 1160 obiisse. Quapropter errare dixeris Bruschiū & Kerfenbrochiū, qui anno MCLIX obiisse tradunt. Gobelinus postquam narrasset ea, quæ anno MCLX gesta sunt, subjungit: *Eodem anno Bernardus Episcopus Paderbornensis obiit, et successit Evergissus.* Pergit deinde narrare, quæ anno MCLXI gesta sunt; quanquam erret quòd Conciliabulum Papiense ad hunc ipsum annum referat, quod anno superiori, Indictione 8, mense Februario habitum diximus. Ab excessu è vita corpus omnium luctu, ut iusserat, deportatum est ad Hardehusanum Cœnobium ordinis Cisterciensium, humatumque grata in Fundatorem suum memoria, in medio Basilicæ choro, tumulo honorifico è terra altiùs erecto, mausolei in modum, ante aram Principem; quemadmodum hodie dum intra omnes bellorum turbas intactum aspicitur. Sepulchro hi versus inscripti.

*Subjicitur lapidi, lapidem qui jecit in isto
Fundo, Fundator præsul Bernardus, inardens
Perpetuo celo latræ, quem jungere virvo
Digneris lapidi, lapis unice, qui duo jungis.*

Præsul certè omni posteritatis memoriâ dignus, qui per triginta tres annos Episcopatum præclare gessit; & magnitudinem animi cum religione ita conjunxit, ut nec in sago felicitas, nec in toga pietas unquam desiderata. Bellum quod contra Arnsbergensem Comitem gessit, necessitas diœcesis extorsit: quo semel domito, quietam habuit diœcesin. Opes, quas collegit, cum patrimonio effudit vel in Ecclesias exornandas, vel in Cœnobia religiosorum hominum; quorum quatuor, ut diximus, è fundamento crexit dotavitque. Castimoniâ, atq; omnium virtutum Episcopaliū ornamentis per omnem vitam conspicuus, eòque apud Lotharium & Fridericum Cæsares magnæ auctoritatis, carusq; Innocentio & Eugenio Pontificibus. Extat præclarum ejus encomium apud auctorem Chronici Stederbergensis ex rebus, quas hæctenus descripsimus, cum laude gestis. Quorum omnium instar erit testimonium Evergissi Successoris, à quo in diplomate recitando appellatur *inclytæ memoriæ Episcopus*, decus videlicet Episcoporum ea tempestate per Saxoniam.

ANNA-